Albertus magnus de ſecretis mulierum cum commē to. Nouiſſime: īfini tis pene errori bus emen datus.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

¶ Expoſitio ſuper Henricum de Saxonia de ſecretis mulierum incipit Fœliciter.

AD LVCIDIOrem notitiam ſequenti um habendam: ui delicet de ſecretis mulierum: aliqua pãmbula ſunt præ notanda. Primo queritur quod ſint ſubiectũ. Tertio: quis titulus: & cui parti phyloſophiæ ſupponatur. De primo ſciendũ: qđ non ſunt plures cauſæ aſſignandæ alicuius ſcientiæ propriæ loquendo quá duæ ſcilicet cauſam efficiens: & finalis. Quod autem nulla ſcentia habeat cauſam materialem uel formalem probatur ſic. nullum accidens habet cauſam materialem: ſed omnis ſcientia eſt accidens: ergo & cætera diſcurſus eſt bonus in celarẽt: & maior patet ſecũdo metaphy. ubi dicitur: qđ nullũ accidens cõponitur ex partibus alterius & alterius ratiõis & minor ꝓbaẗ ſecũdo de anima: ubi dicitur: quod ſciẽtia eſt inaĩa: ſicut accidens in ſubiecto. Ex hoc ſequitur correlarie: qđ ſcientia eſt accidẽs qa ſecundũ Ariſtotelẽ: nulla ſubſtantia eſt in ſubiecto. Quid etiam non habeat cauſam formalem probatur ſic: illud quod nõ cõponitur ex partibus alterius & alterius rationis nõ habet cauſam formalem: ſcientia eſt huiuſmodi ergo & cætera. Verum tamẽ ad ſaluandos antiquos poſſumus dicere ĩproprie ſiue methaphorice: quod ſciẽtia habeat cauſaꝫ materialẽ: uocãdo illud materiã: quod ſcitur per ſcientiam: uel illud circa qđ uerſatur ſcientia: ſcilicet obiectũ ſcientiæ: ſicut oculo eſt materia uiſio: qđ ſatis miſere ſonat: & ſic forte intellexerunt antiqui. Eodem modo poſſumus dicere de cauſa formali: intelligendo per ipſam debitum modum uel ordinem alicuius ſcientiæ: & iſte modus: uel ordo ſcientiæ non diſtinguitur ab ipſa ſcientia exquo patet improprietas antiquorum. Cauſa autem efficiens dicitur fuiſſe dominus Albertus qui compoſuit præſentem tractatum. Quod tamen proprie loquendo nõ eſt uerum probatur: id quod non eſt: non eſt cauſa efficiens ſcientiæ nunc exiſtentis: ſed dominus Albertus non eſt: quia iam duduꝫ eſt corruptus: ergo & cætera. ſed improprie loquẽdo dicimus: ꝙ dominus Albertus eſt cauſa efficiens huius ſcientiæ: propterea quia ordinauit nobis unum librum: de quo alii libri ſunt ſcripti hoſqꝫ preſentes qui libri uenerunt ad notitiam noſtram. Ex illo infero correlarie ꝙ plures poſſunt eſſe cauſæ efficientes unius ſcientiæ: ex quo poſſunt informare aliquem iſta ſcientia.

Et etiam liber poteſt eſſe cauſa efficiens: quia aliquis poteſt ſtudere intus unam concluſionem: uel

duas ex libro. Cauſa uero finalis eſt duplex: finis intra & finis extra: finis intra eſt agnitio eorũ: quæ docentur in hoc libro: finis extra ẽ ut cognito hoc libro: habeamus facilem acceſſum ad alios libros naturales. De ſubiecto autem ſciendum: ꝙ fatuum eſt querere quid ſit ſubiectum alicuius ſcientiæ ſine diſtinctione: propter quod ſciendũ: ꝙ ſubiectum capiť tripliciter. Vno modo pro ſubiecto exiſtentiæ: & ſic dicitur ꝙ anima eſt ſubiectum cuiuſlibet ſcientiæ: quia omnis ſcientia eſt in anima ſicut dictum eſt. Alio modo capitur ſubiectũ pro ſubiecto propoſitionis: & ſic dicitur: ꝙ multa ſũt ſubiecta iſtius ſcientiæ: nam multæ ſunt ꝓpoſitiones ĩ hac ſcientia. Tertio modo dicitur ſubiectũ attributionis: hoc eſt unus terminus cõmunis: qui poteſt predicari de pluribus: uel de omnibꝰ: quæ docentur in illa ſcientia: & ſic dico: ꝙ ſubiectum iſtius ſcientiæ dicitur eſſe femella cũ ſuis ſecretis: uel alio modo ſecretum generantium & generabilium. Cui patri phyloſophiæ ſupponatur: dicendum: ꝙ naturali quis libri titulus eius.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Tractatus Henrici de ſaxonia: Alberti magni diſcipuli: d̃ ſecretis mľie rũ: quẽ ab Alberto excerpſit fœliciter ĩcipit.

Capitulum primum.

DILECTO ſibi ĩ chriſto ſocio ioãni: Hẽricꝰ d̃ ſaxonia uere ſapiẽtiæ: & uitæ p̃lentis in chriſto Ieſu ĩcremẽta cõtinua: cũ ur̃a fauorabilis: atq; gratuita ſocietas me rogaret, ut q̃dã uobis d̃ his: q̃ ſũt apd̃ mulieꝝ naturã: & cõditiõis occulta & ſecreta mãifeſtarẽ: uiſa petitione: nulla pigritia a cõpilatione breuis ac cõpendioſi tractatuli de ĩpetrata materia me retraxit Sed puſilla & iuuenalis mens mea ſecundum poſſibilitatem & temporis oportunitatem licet ad aliena retrahitur: tamen cupiẽs appetitui ſatiſfacer̃ hãc præſentem epiſtolam in qua plura inuenientur de impetratis locis ſtilo phyloſophico & ĩ

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

parte medicinali:pro ut meliꝰ
uidetur competere:nunc aſcri-
bo. Rogans ueſtræ meliſluæ
conſcietiæ cōſtantiā:ut in hoc
ope ac negotio cōſtans ſitis:&
celans:ne alicui puerorū tā eta
te q̄ moribꝰ dēudatio ad p̄ſen-
tia3 ueniat:uobis plura de his
& de aliis permittens tempore
ſuccedente:ꝑut methodus īſu
dauerit:domino concedente.

¶Diuiditur iſte liber pria diuiſio-
ne in quattuor tractatus. In primo
determinat de formatione embrio
nis:& de influētiis planetarū: In ſe-
cūdo ptractat de ptu ipſius fetus &
cū hoc quædā accidētia:ſiue ꝓprie
tates ſpeciales circa fœtꝰ exitū ꝑue
nientes. In tertio oſtendit ſigna con
ceptionis & impedimenta eiuſdē:&
cu3 hoc ſigna uirginitatis:caſtitatis:
& corruptionis. In quarto & ultīo
tractatu declarat naturā ſpermatis:
& quid ſit ſperma. Secunda ibi: nūc
autem. Tertia ibi: finito uero ſermo
ne. Quarta ibi: anteq̄ uero finem.

Primus titulus iterum diuiditur
in quinq; capitula. In prīo ponit par
tē ꝓhemialē. In ſecundo ponit quæ
dā pambula ad intentū ualentia. In
tertio ptractat generationē embrio
nis in matrice. In quarto formatio
nē eius oſtendit in utero materno.
In quīto declarat quædam omiſſa:
ut magis lucide poſſit oſtendere:ꝙ
ī matrice mulieꝝ plures fœtus poſ
ſūt generari. Secunda ibi: ſicut ſcribi
tur. Tertia ibi: poſtq̄ autē. Quarta
ibi: iſtis uiſis. Quinta ibi: ē aūt &c.
Primū etiam capitulum diuiditur ī
quinq; partes. In prima dirigit ſalu
tationē. Secundo narrationē petitio
nis eius. Tertio oñdit quam petitio
nē uoluit adimplere. Quarto oſten
dit:ꝙ ip̄a3 potuiſſet merito negaſſe:
Quinto dirigit petitionem. Partes
patebunt:& legantur ſimul propter
breuitatē. unde ſententia ſua eſt iſta
ꝙ ip̄e intendit: exquo ipſe fuerat ro
gatus: ut cōponeret unū tractatū de
ſecretis mulierum ipſe Albertus re
ſcribit ſocio ſuo unam miſſulā: quæ
miſſula hic in principio ponitur an
teq̄ uerus textus inchoetur. Et bre
uiter iſta eſt ſententia: ꝙ ipſe man-
dat ſocio ſuo amicabilem ſalutatio
nem:& continua incrementa huius
p̄ſentis uitæ docet eſſe & ibi. Cū ue
ſtra &cæ. uoluit ſic dicere. Exquo
ueſtra uenerabilis ſocietas ſupplica-
uit:ꝙ nobis aliqua ſcriberem de ſe-
cretis mulierū: tūc uiſa petitione ue
ſtra: nulla tarditas me detinuit. nam
cōpoſui de hoc unū breuē tractatū.
Sed puſilla &c. Hic apponit quare
ſi placuiſſet potuiſſet denegare peti
tionē ipſius: nā illo tpe fuerat īpedi
tus arduis negotiis: non tñ pp hoc
rē uere uoluit ſupplicationi eius. ut
ad ſuam inſtātiā iſtū librum ederet.
Et ē ſnīa:ꝙ ipſe rogat ipſum inſtan-
ter: ut nō debeat reuelare alicui pue

ro tá ætate q̃ etiá moribꝰ húc libꝝ.

Circa primam partem notandū:
quod dicit apud mulierum natu
ram : ꝙ ipſa femella deficit in calo
re propterea patitur hoc ſecretum
.ſ. fluxum menſtruorum. Cuius cau
ſa eſt: quia ratiõe frigiditatis nõ põt
eſſe ſufficiens digeſtio: uel decoctio
materiæ: & ideo relinquitur ibi ali
quid ſuperfluū: qđ qdē indigeſtū ē:
túc natura ſagax ordinauit debito
tpe ei tráſitū: ut a corpe fœminæ ex
pelleret: ne pp hoc pateretur graua
men & infirmitates. Scđo notádū:
qđ dicit in lr̃a iuuenilis mea mēs &
puſilla: de hoc deuitat arrogátiá: oñ
dédo ſuá hūilitatē: ut patet intuēti.

Præterea notádum: qđ dicit pue
ro &c. ꝙ duplex eſt puer. ſ. ætate &
moribus. ſ. qui inepte uiuit. Vnde
dominus Alber. rogat ſociū ſuū: ꝙ
nulli horū debet notitia iſta tradi
in hoc libro data: non primo puero
. ſ. ætate. quia nõ intelligeret. & ſi ali
quid intelligeret: forſan male perci
peret. Non etiá ſecūdo puero. ſ. mo
ribus. qa hæc doctrina non ualet ea
utēti iepte: & male uiuēti ĩ moribꝰ.

Capitulum ſecundum.

Sicut ſcribit ſecundo
de generatiõe & cor
ruptione: generatio
animalium eſt ſempiterna: &
ideo in circuitu. Cám aūt ſem
piternitatis in gñatione aíaliuꝫ
ſuppræmā dat philoſophus ſe
cundo de ala dicēs: ꝙ naturaliſ
ſimū operū eſt: unū qdꝙ ſibi ſi
mile gñare: quæ cū diuío & im
mortali deo pticipat: ꝙ omnia
appetunt: ꝙ idē qdē pmaneat:
nõ idē in numero: ſed idē in ſpe
cie: pp qđ dicit cõmentator pri
mo de anima: ꝙ ſollicitudo di
uina: cū nõ potuit ipſuꝫ facere
pmanere idē ſcđm numerū mi
ſerta eſt ei: dádo uirtuteꝫ: q̃ po
tuit pmáere in ſpecie. & ſubdit
in hoc. n. nõ ē dubiū: qa meliꝰ
eſt hr̃e hác uirtuté q̃ non hr̃e.

Hoc eſt capitulum ſecundum
huius tractatus & continuatur ſi
cut primus. Poſtquam expediuit ſe
auctor de quibuſdaꝫ poſitis in pro
hemio iſtius libri. Hic ponit quæ
dam præambula ad ſuum propoſi
tum ualentia. & ſunt duo. ſecundū
ibi: ideoꝙ &c. Vnde primo inten
dit ponere concluſionem primam
huius libri & eſt iſta. Generatio ani
malium eſt ſempiterna: ꝓbatur ex
littera ſic: illud eſt ſempiternū: qđ
participiat eſſe diuino: & immorta
li: ſeu quod ĩ eſſe perpetuo cõſerua
tur: prout ſibi conuenit: generatio
animalium eſt huiuſmodi: ergo &c.
maior patet ex eo: ꝙ omne diuinū
eſt perpetuum: ut patet ſecūdo me
tha. quia eſt in uariabile & immuta
bile ſecundum philoſophum & cõ

mentatorē ibidē:minor patet ex di
ctis Ariſt.i ſecūdo de aīa:quem au
tor allegat in littera:ut patet in tex
tu.Circa litterā:primo notandū: ꝙ
dicit,naturaliſſimū opeꝝ eſt.Poſſet
aliquis dicere cōtra.maſculus gene
rat femellā:& mulier maſculū:ergo
iſta littera eſt falſa: cōſequētia patet
& aſſumptum ex experientia. Re
ſpondetur: maſculum & fœminam
eſſe idem:eſt dupliciter:uel eiuſdē
naturæ ſpecificæ : & eē uitæ:& ſic ē
uerū.Alio modo ſecundum diſpo
ſitiones corporales:quātum ad mē
bra principalia corporis . & ſic non
eſt uerū:qđ patet intuenti.Sed con
tra hoc arguitur ſecundū Auicē.qđ
membra principalia ſunt cor & ce
rebꝝ:& illa habent idem:igitur ſo
lutio:nulla.Reſpondetur ꝙ mēbra
principalia duplicia ſunt : quædam
ſunt principalia uitæ : q̄ faciunt ad
eſſe uitæ.Alia ſunt q̄tum ad actum
generādi: quæ faciunt ad eſſe ſpeci
ficum cōſeruandū:ut mēbra genita
lia.Ad propoſitum dico : ꝙ mulier
& uir habent bene membra ſimilia
quātū adeſſe uitæ ſed non quātum
ad actū generandi.Vnde ſecundū
medicos licet fœmina non habeat
membra diſpoſita ab extra: puta ge
nitalia.habet tamē ad intra teſticu
los affixos matrici uerſus dorſum
& ſpermatis uas tanq̄ uiri: & diſcur
rit ſemen ab ipſis propter delecta
tionem:ſicut ſaliua ab ore famelici.
Item eſt notandū ꝙ ad generationē
plura requiruntur . Primo mas &
fœmina . & ideo natura ordinauit
ita:ꝙ mas ſit naturæ ſiccæ & calidæ:
& fœmina frigidæ & hūidæ ꝓpor
tionaliter intelligendo. Secūdo req
ritur ad generationē:ꝙ habeāt mē
bra genitalia: ſicut mēbrum uiri:&
membrū mulieris.Tertio requirit:
ꝙ ſint debite diſpoſita.ſ. ꝙ uirga ui
rilis non ſit nimis breuis:nec nimis
longa:& ꝙ aliquod membrum ap
poſitum ſit bene diſpoſitum. Iux
ta quod notandum : ꝙ tria ſunt in
coitu.appetitus ex cogitatione fan
taſtica:& ex ſpiritu & humore:appe
titus ab epate & a corde ē cōſequēs
& a cerebro: quia quando talis mo
tus fit in coitu:tūc omnia membra
corporis calefiunt per coitum:& ca
lore eriguntur : & humor : qui eſt
in cerebro p uenas attrahitur:& ad
teſticulos mittitur:& p uirilē uirgā
eiicit.nā ut dicit Ipocras: quæcūq;
uenæ quæ poſt aures dicunt exten
ſæ:diminutæ ꝓcedunt:generare nō
poſſunt:nam ſi aliquid dimiſerint
uel eiecerint in coitu:non eſt ſemen
ſed aqueus humor . & ideo de illo
nullus cōceptus fieri poteſt. & hoc
etiam accidit illis : qui ultra modū
actum luxurie ſolēt exercere : ꝙ nō
emittunt ſemen:ſed humorē aquo
ſum:& aliquando ſaniē:quod mul
tum periculoſum eſt.

¶ Cauſa ē:quia iſta animalia:
& præcipue hoīes:ſecundū nu
merū non dicant permanere:
ſcribit in tertio de generatione

& corruptione: quorũ incorruptibilis eſt ſubſtãtia mota manifeſtũ: quoniã & numero eadem non erũt: motus enim ſequet illud: quod mouet: quorũ aũt nõ: ſed corruptibilis: ſpecie non aũt numero reiterari: ſubſtantia aũt hominis ſecũdum principia idiuidue accepta corruptibilis eſt: cum ſecundum ſenſum ſubiaceat.

¶Hic adducit cauſam cuiuſdã ſuperius dicti: qa dictũ erat: ꝙ indiuidua non poſſunt pmanere ſecundũ eſſe eorũ indiuiduale: & materiale: de hoc reddit cauſam: & patet in littera: & poteſt formari ratio per conclusionem prius poſitam ex littera. Cuiuſcunq; ſubſtantia eſt corruptibilis il'ius generatio eſt eterna: ſed ſubſtantia aialis ſiue hoīs eſt corruptibilis: ergo &c. de iſta rõne ſic pcedit primo põit maiorẽ: deĩde minorẽ ibi: ſubſtantia enĩ hoīs. Sed diceret aliquis ſi littera eſſet uera ſequeretur: ꝙ deus nõ eẽt oīpotẽs: qđ eſt falſum. quod probatur: nã deus nõ poteſt hoiem eternaliter cõſeruare: ergo aliquid eſt: quod deus nõ põt facere: ergo nõ ẽ oīpotẽs. Reſpõdetur: qđ deus eſt oīpotẽs rõne poſſibiliũ & non ĩpoſſibiliũ uel illorum quæ ĩplicant cõtradictionẽ. Itẽ diceret aliquis: auctor dicit in littera ꝙ generatio ſit ſempiterna: cõtra oẽ id qđ incipit eſſe non eſt ſempiternũ: ſed generatio incipit eſſe: ergo &cæ. maior patet uirtute iſtius termini incipit: minor patet: quia adã fuit prius hõ. Reſpõdetur phiſice loquendo negãdo minorẽ: de Adã dicit Auerroys: & bñ concedit: quot Adã fuit hõ: de quo adhuc habetur memoria apud oẽs. ſed nõ cõcedit ipſum primũ hoiem. Itẽ nota: ꝙ dicit ĩ littera: quod ĩpoſſibile ſit eũdẽ hoiem generari ſub identitate generali. Cõtra ſecundum ptolo. & Platidẽ hõ numero poteſt regenerari: ergo hoc eſt falſũ: cõſequẽtia tenet. aſſũptũ patet per eos unde dicũt: qđ poſt magnũ annum: uidelicet poſt 39000. annorum redeunt: & regenerantur: & dicunt ꝙ infinities ſumus regenerati. Et ipſi reſpondẽt ibidem argumentum: quod poſſet fieri contra ipſos: quia aliquis diceret quare hæc neſcimus: dicunt: ꝙ fantaſia noſtra & memoria illarũ ẽ corrupta: ideo nõ poſſumus recordari. ſed breuiter iſta opinio non ſuſtinetur: intelligendo illam ſicut ſonat. quia eſt contra fidem & contra dicta Ariſtoteles. Sed tamen poſſumus ſaltare dictum ipſorũ per talẽ modũ: ꝙ iſte ſit annus completus. puta quãdo ẽ facta reuolutio octauæ ſperæ quæ per. 100. annos mouet uno gradu: tũc. n. aīalia multũ his ſimilia operationibus: & diſpoſitionibus redibunt: & hoc bene cõceditur: quia non eſt contra fidem ſi mundus ita diu ſtabit.

¶ Ideo generatio hominibus eſt perfectiſſima: hoc probatur ſic: homo eſt perfectiſſima & nobiliſſima creaturarum: ꝙ patet per philoſophuʒ in multis locis: & præcipue primo de anima: quia quãto plures operationes aliquis habet: tanto nobilior eſt: ſed homo per potentiam intellectiuam ſeparatur ab uno quoqꝫ uiuentium: ut ibidem patet. hoc idem eſt de intentione omnium philoſophorum: & præcipue Boetii ſecundo de conſolatione philoſophiæ: ubi dicit: ꝙ hoĩes deo mente cõſimiles: hoc etiam patet per philoſophũ tertio phyſicorum. ubi cum ad humanaʒ naturaʒ in ſorte & in alio particulariter exiſtenti ſit motus: q generatio dicitur: & perfectiſſima inter omnium animalium generatiõem: & cum perfectiſſimum ſit illud: ꝙ maxime appetitur ab intellectu noſtro uere inter ea: quæ ſunt eiuſdem generis. Generatio: quæ ẽ motus de nõ eſſe: ad eſſe maxime appetitur: & præcipue hominis: quia hic inter omnes motus excellens eſt in nobilitate.

¶ Hic adducit ſecundum præambulum ualens ad intentum ſuum: & eſt ſentẽtia finaliter in hoc: ꝙ homo eſt nobiliſſima creaturarũ: qđ ipſe probat in littera multis autoritatibus: ut patet intuẽti. Et ex iſta littera traditur concluſio ſecunda & eſt iſta: generatio hominis eſt perfectiſſima congruum eſt enĩ: ꝙ nobiliſſima creatura habeat nobiliſſimam perfectionem: alias probatur ſic: id quod habet plures generationes: q̃ omnia animalia: illud eſt nobiliſſimum: homo eſt huiuſmodi ergo &c. maior manifeſta eſt: & minor patet: qa ipſe homo habet animam intellectiuam: per quã differt ab omnibus animalibus. Item antecedens confirmaẗ per multas autoritates phyloſophiæ moralis: & naturalis: ut patet in littera: & alias confirmatur per Ariſto. in primo de animalibus: ubi dicit: & nobiliſſimum & altiſſimum eſt ipſe homo Item in primo ethicorum: homo ĩter omnes creaturas ordinatur ad ſummam fœlicitateʒ: poſtea autor confirmat concluſionem ibi & cuʒ perfectum. Et arguit ſic in littera: illud eſt perfectiſſimum: quod maxime appetitur ab intellectu noſtro: ſed inter ea: quæ ſunt eiuſdem generis generatio hominis eſt huiuſmodi: ergo &c. maior eſt manifeſta: & minor patet: quia generatio eſt mo-

tus de non eſſe adeſſe: & eē maxime appetiť & præcipue ab hominibus.

¶ Et intelligitur de motu ua-riante aliquo modo: ſup quod mouetur: & p hoc excluditur motus primus q eſt cauſa omnium aliorum: ut dř. viii. phiſicorum: & primo cœli & mūdi.

¶ Hic remouet dubiū: q ſic incidit ná prius dixit: q gñatio hoīs eſt motus: & eſt pfectiſſima: ex hoc aliquis poſſet credere: q generatio hoīs eēt excellentior & nobilior q̄ prius motus: qď ē falſum: qa talis eſt cā oīum alio℞: ut patet. viii. phyſico. & prio cœli. Iſtud dubium remouet autor & dicit q dictū ſuū ītelligiť de motu uariāte ipm mobile: ut patet i littera: & p hoc excluditur motus primi mobilis: uñ motus uariās diciť mobile motū corrūpēs: q fit cū abiectione contrarii. Poſtea autor dat modū pcedendi: ibi i hoc ergo &c. & uult dicere q primum ſuum capitulum oſtendit de embrionis generatione: & de illis: quæ ſunt occulta apud naturam mulierum. Nota q embrio dř una maſſa carnis ex ſemine uiri: & menſtruo mulieris coagulata: ut poſtea melius patebit.

¶ Capitulum tertium.

POST q̄ autē ſermo noſter præmiſſus de his: quæ ītellectui auditoris occulta ſunt: quæ circa ſtili materiam operis deſcendere & prius de generatione embrionis uidetur.

¶ Capitulū tertiū ī quo. d. Al. pſequitur ītētū ſuū pricipale. ſ. gñatione embriōs: & prio facit hoc: ſcdo remouet dubiū ibi: ſ ex his: quæ dicta ſunt &c. pria pars diuidiť in tres partes. primo declarat gñationē embrionis. ſcdo oñdit modū p quē generatur. tertio declarat quoddā dictū: ſcda ibi: iſtis uiſis. tertia ibi: cōcipere āt. pria ēt ī duo: prio cōtinuat ſe ad dicenda. ſcdo pſequiť ītētū ponēdo unum notabile. ibi iuxta qď notandū: ſententia patet ī littera: q tota uis ſtat in hoc: q primo uoluit declarare generationem embrionis.

¶ Iuxta quod notandum eſt & diligenter memoriæ commendandum: qď omnis homo: qui naturaliter generatur ex ſæmine patris & menſtruo matris: generatur ſecundum intentionem omnium phyloſophorum & medicorum. Et dico medicorum qa Ariſtoteles non ponit ſemen patris in ſubſtantiā fœtus reddere: ſed ad generationem & formationem fœtus tm̄ pducere: & po

ſteā ponit ipm̄ euaporabiliter exhalare. Medici autē dicūt totū ſemen taȝ ex parte patris:ꝙ ſperma dicitur:q̄ ex parte matris quod menſtruum dicitur: cadere in ſubſtantiam foetus.

¶ Hic Albertus quoddam notabile ponit ualēs ad intentū ſuū:& ponit duas opiniōes contrarias de formatiōe embriōis. Pria opinio eſt medicoꝝ: ſcđa phyloſophoꝝ. Vñ medici dicūt: ꝙ tā ſemē patris q̄ etiā mēſtruū matris cedere in ſubſtātiā foetus. Ariſto.aūt uoluit & alii phyloſophi ꝙ ſemē ipſius patris non cedit in ſubſtantiā foetus:ſed diſponit ſemen ipſius matris ad formationem embriōis: & poſtea dicunt ipm̄ euaporabiliter exhalare & iſta eſt ſententia auctoris. Ex illa littera trahit̃ cōcluſio quarta huius libri: & eſt: embrio generat̃ in utero materno ex ſemine patris & mēſtruo matris ꝓbatur ſic. Ex eodem generatur embrio & homo:ſed homo generatur ex ſemine patris.ergo & cætera. de iſta ratione minorem tantum ponit ī littera. Diceret aliquis poſſibile eſt hominem naturaliter generari abſq; ſemine:ergo littera falſa conſequentia eſt clara. Aſſumptum probatur per Auicennam in libro de diluuiis: ubi dicit: quot poſt magnum diluuiū: quando uniuerſi homines fuerunt ſubmerſi: homines creuerunt ex cadaueribus mortuorum:mediāte uirtute cæleſti:& hoc confirmans dicit:quot generatio gigātum fuit poſt bellum troianum: ex multis cadaueribus mortuorum inuicem conglutinatis. Dico ꝙ Auicenna dicit falſuȝ:ut patet per commentatorem.ii.colliget ubi ipſe probat:ꝙ homines non poſſunt regenerari ex putrefactione ſicut cætera animalia. Ad confirmationem dicitur: ꝙ ex talibus cadaueribus non fuerunt gigantes generati: ſed ex feminibus parentum per conſtellationem cœleſtem. Vnde ſciēdum: ꝙ dicit commentator ubi ſupra: ſe quandam puellam habuiſſe in uicinia: cui bene confidebat: quæ ſibi ueraciter iurauit:quod nūquam fuit imprægnata per aliqueȝ uirum & tamen concepit: poſtulauitq; ab eo remedia:ipſe autē Auerroys inquirēs cauſas hinc inde perſcrutatus fuit:& inuenit:ꝙ fuit balneata in balneo ganelli aque tepide.& ibi ſubito per attractionem ſeminis uirilis fuit imprægnata:eo ꝙ ſperma alicuius uiri fuit emiſſum in balneo. & tunc membrum mulieris a tota proprietate extraxit ſibi ſemen quantum potuit: & iſtud poſſibile eſſe dicit commentator ſecundum operationes naturæ: poſtea prædicta puella quæſiuit auxilium a commētatore: ut parere poſſet ex quo nō fuit corrupta. Cui ipſe reſpondet: ꝙ deberet uti actu uenereo: & cōuerſari cū uiris. Sed hic dubiū eſt: utrum talis puella fuerit

Puella dr impreg- nata absq copula carnal' …

tunc uirgo:uel non. Reſpondetur breuiter:ꝙ corruptio eſt duplex. Quędam eſt per ſęminis deciſionem. Alia quæ fit per leſionem pelliculę uirginitatis ſcilicet: quādo hymen frangitur:tunc dico: ꝙ primo modo fuit corrupta:quia attraxit ſemen:& cum hoc emiſit: ſed ſecundo modo non: quia pellicula non fuit corrupta. Ex quo ſciendum ꝙ plura requiruntur:ne ipſum ſemen in agrum nō proiectum dilabatur. Primo: ꝙ ipſe mas & fœmina cum habent actum uenereum non exerceant ipſum ſtando:quia tunc ſemē ſurſum proiicitur & ſurſum proiectum dilabiť:quia omne graue tendit deorſum. Secundo ne coeant iacendo ſuper latera:& ratio eſt: quia ſemen ad unum latus funditur matrici: & per conſequens dilabitur & generatio impeditur. Tertio ex parte mulieris requiritur: ꝙ matrix nō ſit corrupta: quodq̧ orificiū ipſius illeſum ſit:quia aliter ſemen non haberet permanentiam: & requiritur etiam:ꝙ matrix non ſit nimis immunda uel lubrica: quia iſta omnia impediunt. Quarto requiritur debita matricis apertio:quia ſi in emiſſione ſpermatis ipſa matrix non aperitur: tūc ad alium locum mittitur ipſum ſemen:& ſic per aliquod tempus magna maſſa carnea ex hoc generať:ſicut accidit pluribus mulieribus iuuenilibus:quæ ꝑpter oſcula actuꝫ uenereū exercere nō poſſunt: tūc.n. propter nimiam attractionē & libidinem tempore nocturno in ſomniis:in dorſo iacentes: polutionem faciunt: emittentes proprium ſemen:tunc hæc pollutio ad loca interiora circa umblicum ſe reponit: & in magnaꝫ maſſam carnis creſcit: ita ꝙ uentres earū incipiunt tumeſcere: & tunc opinantur:ꝙ ſint impręgnatę:ꝙ tamen falſum eſt: & ab iſta tumefactione non poſſunt ſanari: niſi per regimē medicinale:& uocanť a medicis mala matricis. Quinto impeditur conceptus longitudine uirgę:quia dicit Galienus:ꝙ non debet eſſe longior niſi.xi.polices ad plus:ratio eſt:quia ſi eſt lōgior: tunc ſemē in matrice diſpergereť: & per conſequens conceptionem impediret: breuitas ipſius debet eſſe ad minus unius policis: quia ſi eſſet breuior:tunc orificium matricis non poſſet tangere:& per conſequens ſemen emiſſum ad alium locum flueret ex quo orificium matricis tangere nō poſſet: & ſic impediretur cōceptio: & per hoc mulier diuerſos morbos incurreret.

¶ Iſtis autem uiſis accepta uia una Ariſtotelis: & alia medicorum:nihil hic determino. Videndum eſt per quem modum iſta ſęmia recipiantur in muliere una. & cum mulier in coitu cum uiro fuerit:tūc in eodem tēpore emittit mēſtruum

In quo tempore uir ſperma ita: ꝙ illa ſemina in uulua mulieris ſibi occurrunt alternatiꝫ & unum incipit alteri commiſceri:& ſic mulier concipit.

¶Hic oſtendit per quem modum generatur embrio ĩ muliere ex ſpermate patris & menſtruo matris: & uult littera tantum dicere ꝙ accepta una parte medicorum uel Ariſtotelis tunc mulier quando eſt in coitu cum uiro : ſi eodem tempore emittit menſtruuꝫ: in quo uir emittit ſperma: ita ꝙ illa ſemina concurrunt ſimul ad locum debitum:& ꝙ unum commiſceatur alteri : tunc mulier concipit . Ex illa littera trahitur concluſio quinta huius libri & eſt illa . Embrio generatur ex ſemine patris: & menſtruo matris de bite in matrice conceptis: & unitis. Probatur:quandocunq; aliqua duo concurrunt ad alicuius tertii generationem:tunc tertium generari nõ poteſt:niſi talia adinuicem commiſceantur:& in debito loco recipiantur:ſed embrio generatur ex ſemine patris & menſtruo matris: ut dicit concluſio quarta ergo & cætera. Ad intelligendum concluſioneꝫ ſciendum:ꝙ mẽſtruum eſt duplex: quoddam eſt purum:quoddam impurum: menſtruum purum eſt proprium ſemen mulieris : quod cedit inſubſtantiam fœtus : & de illo intelligitur littera. Sed menſtruuꝫ impurum eſt quædaꝫ ſuperfluitas mulieris & ĩmunditia quæ cauſatur ex indecoctione cibariorum : ex quo mulier eſt frigidæ naturæ non habens ſufficientem caliditatem qua poſſit decoqui totus cibus: & exinde quottidie reliquitur ibi aliquid ſuperfluum ĩmundum de ipſo alimento : & hoc exit omni menſe ut patebit. Dubitatur hic utrũ tempore coitus ſit maior delectatio in uiro quã in muliere: uel econuerſo: hanc queſtionem mouet Ariſtoteles in primo de generatione animalium:& dimiſſis argumentis ex utraque parte reſpondetur : unam delectationem eſſe maiorem alia ĩ actu uenereo poteſt dupliciter intelligi. Vno modo intenſiue : & ſic maior delectatio eſt in uiro : quia ſemen eius eſt calidius. Alio modo extenſiue:& ſic maior eſt in muliere: quia habet duplicem delectationem:primo quia recipit. ſecundo quia emittit ſemen. Secundo dubitatur utrum tempore coitus delectatio ſit in toto corpore uel tantum in aliquibus membris puta in uirga uiri li & in membro mulieris reſpondetur aliquam delectationem eſſe in aliquo dupliciter intelligitur uno modo principaliter. Alio modo executiue : modo ad propoſitum dico : quod ipſa delectatio in coitu principaliter eſt in membris pertinentibus ad actum coeundi : ſed executiue eſt in omnibus membris nam omnes uene ibi concurrunt.

Vtrum tempore coitus ſit maior delectatio in viro quam in muliere

Vtrum delectatio ſit in toto corpore an aut in virga tantum tempore coitus

Duplex menstruum purum et impurum

¶ Concipere autem uere quã do iſta ſemina in matrice : hoc eſt in tali loco deputato a natu ra ad fœtum recipiuntur : & poſt quam illa ſæmina recepta ſunt matrix mulierum clau/ ditur ex omni parte firmiter: ita ꝙ nihil de recepto iſto po/ teſt amitti : & cum matrix fue/ rit clauſa fit undiq̧ receptio ſæ minis & menſtruorum in mu lieribus : iuxta quod notan// dum: ꝙ menſtruum nihil ali/ ud eſt quam ſuperfluitas ali/ menti quod in ſubſtantia rei nõ cedit: & uocatur uiri & ſper ma: & menſtruum mulierum: quia fluit quodlibet menſe ad minus ſemel: cum mulier fue/ rit tantæ ætatis : hoc eſt quat/ tuordecim annorum : ut fre/ quentius accidit : tunc incipit fluxus menſtruorum quod// libet menſe propter naturæ purgationem. Quibuſdam uero mulieribus ille fluxus ac cidit in nouilunio : quibuſ// dam uero ante: quibuſdam ue ro poſt: ita ꝙ non eodem tem/ pore omnes mulieres iſtum dolorem patiuntur: & dico do lorem: quia in tali fluxu om/ nes indifferenter grauiter pati unt: quædam uero plus : quæ/ dam uero minus : quædam ue ro diutius fluunt : quædam uero citius tranſferunt: & hoc ſecundum exigentiam com// mixtionis naturæ mulierum.

quid sit concipere

¶ Hic declarat quoddam dictum & primo hoc facit : ſecundo incidẽ taliter oſtẽdit quid ſit menſtruum mulierum: ſecunda ibi : iuxta quod & cætera. primo dicit quid ſit con/ cipere. ſecundo ponit accidens con ſequens mulieris poſt cõceptionem ibi: poſtq̃ uero: & uult dicere in om nibus iſtis partibus : primo ꝙ con/ cipere uocatur : quando ſæmina in ſæmina concurrũt: & poſtq̃ iſta ſæ/ mina ſunt recepta in matricæ: tunc matrix undiq̧ clauditur: ita ꝙ nihil de tali ſæmine poteſt exire : & ſic fit retentio menſtruorum: & tunc de/ clarat quid ſit mẽſtruum & dicit: ꝙ menſtruum nihil aliud eſt niſi ſu/ perfluum alimenti: quod in ſubſtan tiam rei non cedit ſicut : & ſperma in uiro: & propter hoc uocatur mẽ ſtruũ: quia accidit mulieribus quo libet menſe: cuꝫ ſunt debitæ ætatis ſ. tredecim annorum tũc ſubdit: ꝙ accidit quibuſdam mulieribus ille fluxus in nouilunio : aliquibus an/ te: aliquibus poſt: & omnes mulie/

res habent dolorē in tali fluxu:non
tamē æqualiter:nam quædam ma-
gis & quædam minus. Circa iſtam
partē primo notandum : ꝙ matrix
nihil aliud eſt niſi quoddam inſtru
mētum maſculinoſum habens quā
dam pelliculam:in qua diſtinguun
tur plura habitacula conuenientia
ad generationem fœtus:& eſt inter
membrum mulieris & inteſtina ſu
pra ueſicam in parte ſuperiori.Secū
do nota ꝙ illa matrix habet plures
cameras : habet enim duas in otifi-
cio concauo : quæ ſunt orificia ue
narū:de quibus uenis ſanguis men
ſtruoſus exit per membrum mulie
ris:poſt iſtas duas cameras ſunt te
ſticuli mulieris : unde ſecundum
Auerroym in ſecundo colliget ori
ficium matricis in uirgine eſt ualde
criſpū:& ex iſta criſpitudine oriun-
tur quædaꝫ uenæ habentes pellicu
lam unam contextam duabus tex-
turis:quarum una tangit longitudi
nem:& eſt minor : & reliqua latitu
tudinem:unde quando tales pelli-
culæ per uirgaꝫ uirilem frāguntur:
tunc amittit uirginitatem : & tunc
in coitu:quando primitus corrum
pitur uirgo : ſperma in magna co-
pia fluit de membro eius: & hoc eſt
ueriſſimum ſignum: ꝙ adhuc fuerit
uirgo. Item nota ꝙ ipſe dicit men
ſtruum i muliere & cætera : hoc eſt
intelligendum ſecundum prius di
cta de menſtruo puro & non puro.
Item nota: ꝙ ſi tempore coitus ſper
ma cadit ad dexterā partem mulie

mas generatur ad dextram partem mulieris, et ad sinistram femina

ris:inde generatur mas: ſi uero ad ſi
niſtram fœmina. Item nota ꝙ dicit
in littera ꝙ matrix & cætera. & ē ra
tiōi ſimile : ſi aliquis haberet unam
amicam:& daret ei munus aliquod
quod diligeret:tūc ipſa ſi timeret per
dere:clauderet fortiter manum : ſic
etiam matrix diligit tenere ſemen
& propter hoc fortiter clauditur.
Item nota.ꝙ dicit in littera:ꝙ mulie
res incipiunt habere iſtam infirmi
tatem . ſcilicet : menſtruorum cum
ſint:tredecim annorum : & durat uſ
ꝙ ad annum quinquageſimum ſex-
tum. Adde tribus dena mulieris
menſtrua cernas. Ad quinquage
na durat purgatio tanta . Item nota
ꝙ dicit in littera:ꝙ menſtruū mulie
ris ſit ſuperfluum alimenti & cætera
Vnde intelligendum : ꝙ multiplex
eſt digeſtio: prima eſt in ore : & illa
eſt quædam maſticatio: ſecunda eſt
in ſtomacho: & ſuperfluum eius eſt
ſtercus:tertia in epate:quarta eſt in
membris : ut medici dicunt:modo
ſperma : uel ſemen eſt ſuperfluum
quartæ digeſtionis. Sed tūc diceret
aliquis cum ipſi uiri : habent terti
am digeſtionem quare tunc nō ha-
bent menſtrua.Reſpondetur ꝙ ter
tia digeſtio eſt in epate : & ibi uiget
maxima caliditas in homine id cir
co ibi non relinquitur aliqua im-
munditia: ſed in mulieribus ibi eſt
debilis caliditas : ideo reliquitur ali
quid ſuperfluum. Item nota ꝙ ſe-
cundum aliquos menſtruum dici-
tur eſſe in trina differentia. Primo

quid sit matrix ... et quas cellulas habeat

duratio menstruorum est usque ad ann. 56

digestio multiplex

modo mēſtruum naturale:ſicut mēſtruum mulierum. Secundo modo ſuper naturale ſicut ī iudeis. Tertio modo contra naturam:ſicut in quibuſdam chriſtianis melancolicis ꝑ annum & non per uirgam. Querere poſſet quiſpiam quare in mulieribus impregnatis non fluunt menſtrua:dicendum ꝙ cōuertuntur in aliquid : quia ut habetur in littera duæ uenæ trāſeunt de matrice ad mamillas:& inde menſtruum etiā transfertur ad mamillas:& ibi decoquitur & recipit formam lactis : & tūc iterū trāſfertur ꝑ prædictas uenas:& nutritur ex inde fœtus ī utero materno. Etiā mulieres lactātes: ut ſunt nutrices:nō habēt tantū de menſtruo : quantum aliæ mulieres quia tranſmutatur ad materiam lactis.Et ideo ſecūdum auerroym aliquæ mulieres: ut nutricis præcipue non poſſunt impregnari: licet egregiæ ſubagitentur. Vnde: ſciendum eſt:ꝙ non ē impoſſibile:ꝙ menſtruum fluat per tres menſes:poſt conceptionem:quia fœtus nouus non poteſt totum recipere.& in hæc decipiunt multæ fœminæ : quæ credunt quādo habent menſtrua:ꝙ tunc nō ſunt impregnate . cuius oppoſitum ſæpe uerum eſt. Item nota ꝙ proprius locus menſtruorum eſt in matrice:& trāſfertur per quaſdam uenas exiſtentes ad membrum mulieris ꝑ dorſum . & huius ſignum eſt : quia mulieres tali tempore magnum habent dolorem in dorſo.Item nota ꝙ quædam lūatio habet q̄ttuor quadras : & ſecundum hoc mulieres in illis temporibus diuerſimode patiūtur : quia prima quadra eſt quando nouilunium īcipit : & durat ꝑ octo dies quaſi: & eſt ſanguinea : quia calida & humida:& tunc mulieres complexionis ſanguinæ patiuntur: ſecūda quadra ē colerica: quia calida & ſicca:& tunc mulieres:colericæ patiuntur. Tertia quadra eſt melancolica:quia frigida & ſicca:& tunc mulieres melancolicæ patiuntur.Quarta quadra eſt flegmatica : quia frigida & humida: & tunc mulieres flegmaticæ patiuntur. Iſto tamen non obſtante circa plures mulieres menſtruum frequēter accidit in fine mēſis: nam quaſi omnes ſūt naturæ frigidæ & flegmaticæ. Sed diceret aliquis quare bruta animalia non habent menſtruum. Reſpondetur ꝙ tranſmutatur ī pilos: uolunt tamen aliqui dicere : quod quædam bruta animalia habent menſtruum in parua quantitate.

¶ Sed ex his etiam:quæ dicta ſunt plura dubia oriuntur. Primum autem eſt:utrum ille fluxus ſit per colorem ſanguinis uel per aliquem alium . iuxta ꝙ notādum : ꝙ in omnibus præter quam in corruptos color menſtruorum ſanguineus eſt:ut ī plurib9 dico corruptos ab humoribus

ab humoribus malis & uiſco-
ſis. In his ſepe etiam ſunt men
ſtrua liuidi coloris: & non lo-
quor de corruptione caſtitatis
quia indifferenter: ſiue corru-
ptæ: ſeu uirgines fuerint: ſiue
non: ſi fuerint debitæ ætatis pa
tiūtur fluxum: & ſigna ad hãc
partem: quando menſtrua flu
unt ſunt plura: de quibus ſub
ſequēter dicitur. Secūdo nota
ꝙ poſſet alicui dubiū eē: utrū
iſta mēſtrua fluerēt per annū
& hoc more ſucceſſus aut per
uuluam fluunt in ſpecie cruo
ris ſanguinis tenuis.

¶Hic Al. mouet quædã dubia: &
ſunt quattuor p ordinē. primū ē il-
lud: utrū mēſtruū habet colorē ſan
guineū: aut aliū colorem: & ipſe ſol
uit: cuius ſolutiōis uirtus ſtat ĩ hoc
ꝙ oēs mulieres nō corruptæ habēt
mēſtruū ĩ colore ſanguīeo: ſed quæ
corruptæ ſūt habēt mēſtruū liuidi
coloris: uel lutei: uel uinei: & expo-
nit quid p corruptas ĩtelligat dicēs
ꝙ nō ĩtelligit de corruptiōe uirgini
tatis ſeu caſtitatis: ſed intelligit illas
mulieres: quæ habēt humorē uiſco
ſū putridū & corruptū. Scd'm dubi
um eſt iſtud: utrū iſta mēſtrua fluāt
p annū mulieris more ſucceſſus: uel
p uuluã more pꝛectiōis urine. Et ſol
uit. d. ꝙ p uuluã mulieris: ſicut cru-
dus ſanguis & tenuis. Et prio nota
ꝙ iſtud dubiū rōnabiliter eſt motū
qa color eſt quoddã accidēs: quod
eſt qualitas ſecūdū qd' ex pmixtiōe
primarū qualitatū generat': ſicut di
cit pri o de aīa ĩ ꝓhemio ꝙ acciden
tia magnã ptē cōferūt ad cognoſcē
dū ꝙ quid eſt eſſe rei: & maxime il
lud accidens: ꝙ habet hic diſcerni
per ſenſū uiſus ut per philoſophū ĩ
prio metha. ubi dicitur: ꝙ ſenſus ui
ſus multas rerū differētias oſtendit
Ex illo ſequitur: ꝙ dubiū rationabi
liter eſt motū: quia ſi uolueris habe
re pfectã noticiam de ipſo mēſtruo
neceſſariū eſt: ut cognoſcas colorez
ipſius. Itē illud quod dicit in littera
de corruptis mulieribus. Nota ꝙ
mulierū corruptarū quædam ſunt
corruptæ carnaliter per uirgã uiri-
lē. Alie uero dicuntur corruptæ: ꝓ-
pterea ꝙ habēt humorē corruptuz
& uiſcoſum eis adherentem: de pri-
mis non intelligitur littera: ſed de
ſecundis: Vnde ſciendum ꝙ puellæ
incorruptæ maiorē habēt dolorem
in tali fluxu q̃ alie mulieres corru-
ptæ: quia ipſe uirgines non habent
ita trãſitū: ſicut mulieres corruptæ.

mulieres corruptę minorē habent dolorē tempore menstrui quam puellę incorruptę

Item ſciendum ꝙ mamille mulie-
rum: & teſticuli uirorūz aliqualiter
concordãt in natura. quia ſicut per
mãmillas fluit lac: ſic per teſticulos
ſperma emittitur. Item ſciendum
ꝙ ſcd'm dubiū fuit rōnabiliter mo
tum: qa hoīes qui patiuntur diſſin
teriã: patiuntur fluxum uentris ſan
guineum: qui aſſimilat' fluxui men-

ſtruorum. Et iſtum fluxum habent indifferenter uiri & mulieres. Item nota ꝙ in uiris melancolicis generatur multum deipſa meláconia: quæ dirigit ad ſplen: & de ſplene ad ſpinas dorſi: a quibus deſcendit ad alias uenas exiſtentes circa ultimum inteſtinū: quæ uenæ uocantur emoroides: quia quando tales uenæ replentur: tunc ipſi melanconici purgantur per talem fluxum: & ille fluxus multum prodeſt eis: ſi eſt temperatus. Et ille idem fluxus reperitur in iudeis ad naturam magiſquā in aliis: quia plurimum melanconicam declinat. licet tamen cōmuniter: dicatur: ꝙ habent per miraculū dei: de quo non eſt dubitandum: quin ſit uerum.

❡ Tertio dubitatur quare de mulieribus menſtrua fluunt: quæ ſunt ſuperfluum alimēti & non uiris: quibus etiam eſt ſuperfluum alimenti. dicendum eſt: ꝙ mulier eſt frigida & humida a natura: uir uero calidus & ſiccus. modo dico ꝙ natura humidi eſt fluere: ut dicitur quarto metha. & maxime humidū aqueū: ꝙ mulieribus ineſt. In uiris uero humidum cum ſit aereum: & idem calor naturalis ſemper agat in humidum: conuertit & tranſmutat i ſpeciē alimēti: & cū calor & natura nihil faciant fruſtra ut ait Ariſto. primo cœli & mundi. ſed ſemper qđ eſt melius: & cū calor in mulieribus debilis ſit reſpectu eius: qui eſt in uiris tamen totum alimētum non poſſit conuertere in mulieribus: facit ꝙ melius eſt: & prouidit naturæ đ neceſſariis: & reliquum mittit in locum: in quo ſeruantur mulierum menſtrua: đ iſto quidem infra dicēdū eſt & maioris ē iquiſitionis: quā patris expoſcit negotium.

❡ Hic mouet tertiam dubitationē & eſt illa quare in mulieribus fluūt menſtrua: quæ ſunt ſuperflua alimēti omni menſe: & in uiris non fluit ſperma ex ſeipſo: quod eſt etiam ſuperfluum alimenti &c. Et ſoluit in littera: & in hoc ſtat ſolutio: ꝙ mulier eſt frigida & humida a natura: uir uero calidus & ſiccus a natura: modo ſicut teſtatur Ariſtote. ſecundo metaphy. ꝙ de natura humidi eſt fluere: ex quo cum aliquando in uiris eſt humidum aereum: hoc nō fluit: ná calor naturalis ſemꝑ agit in eum: in mulieribus autem eſt humidum aqueum. & ideo cito fluit: idcirco natura cum nihil fruſtra faciat: ordinauit in mulieribus ꝙ melius eſt ſcilicet ut purgentur a tali ſu

ꝑfluitate. Præterea nota hoc tertiū dubiū rationabiliter motū eſt qa ſicut mēſtruum ē ſupfluū in muliere ſic etiā ſperma in uiro. Sed circa ſolutionē ſciendū: ꝙ ſpma in uiris nō fluit ſingulis menſibus de corpibus eoꝝ: ſicut mēſtruū mulieꝝ. & ratio in littera aſſignat᷑ quia.ſ. humiditas mulieris eſt aquea. Ex iſto ſequit᷑: ꝙ menſtruum mulieris eſt multum uenenoſum: & corpis infectiuū unde dicit Alb. ſi menſtruum tāgeret ramū arboris uiridis cito areſceret: ideo natura nititur maxime expellere talem materiam. Etiam ex hoc patet ſolutio: ꝙ ſperma in uiris non eſt in tanta copia: ſicut menſtruum in muliere: licet etiam natura ſe purget aliquando dormiendo. Vnde ſciendum: ꝙ nocturna pollutio accidit pluribus de cauſis. Quandoqꝫ ex nimia ebrietate & aſſumptione cibi uel potus: quando eſt digeſtus. nam tunc poſt digeſtionem ſepe fit pollutio. Secundo modo fit ex nimia cogitatione turpi: uel locutione: tunc de nocte fit pollutio. Tertio fit aliquando ex illuſione demoniaca: & deceptione eius. Quarto fit ex plenitudine humorum: ſicut quando aliquis repletus eſt multis humoribus & ſanguine. & tunc fit pollūtio: quæ eſt purgatio naturalis. Quinto cauſat᷑ ex nimio ieiunio quando aliquis nimiū ieiunat: tunc naturalis calor excitat᷑ & agit in humidum. & tunc talis pollutio nocturna eſt. Sexto cauſatur ex nimio labore. quia homo per nimium laborem exiccatur. & tunc etiam fit pollutio naturalis: ſcilicet quod homo emittat ſemen dormiendo: & propter hoc dicunt theologi: ꝙ duobꝰ primis modis eſt peccatum: ſed reliquis non.

¶ Quarto dubitatur: unde uenit menſtruum in muliere. quando eſt in coitu cum uiro: quia dictum eſt ſupra: ꝙ quando concipit mulier retenta ſunt menſtrua: ergo ſi retenta ſunt: tunc dubium eſt unde fluent in coitu. Ad quod dicendum: ꝙ quando mulier concipit retenta ſunt ad hanc intentionem: ut de menſtruo retento fœtus in utero mulierum exiſtenti poſſit nutriri et cum mulier in coitu eſt cum uiro propter maximam delectationem: quam habet: propter hoc: quod uenæ: & nerui in uulua exiſtentes: & per uirgam uirilem confricantur: & ſic propter uirgam uirilem menſtruum emittit: & hoc eſt naturale reſpectu coitus. Eſt tamen quaſi uiolentum reſpectu fluxus naturalis ipſorum

menſtruoꝝ. Item omni die de nutrimento ſumpto mulierū fit materia: quæ apta eſt ad expellendū in coitu: propter hāc emittitur in embrionē: quo genus diuerſificatur. & ex his ſoluitur quædam dubitatio: q̄re mulieres imprægnatæ maxīe appetunt coitū: qa appetitus coitus eſt propter abundantiā materiæ ſupfluæ: & iō cū tunc mēſtrua retēta ſūt oī tpe ardet & cōcupiſcit: ergo mulier maxime appetit coitum: quia ex: iſtis in abundantiā uulua mulierum caleſcit ergo &c.

¶ Hic oſtendit quartum dubium: & eſt tale unde ueniat menſtruum in muliere qn̄ eſt in coitu. ex quo dictum eſt: ꝙ quando mulier cōcepit: tunc matrix undiq; clauditur & ulterius non emittit menſtruum. ſed quando alia uice poſt conceptionē erit in coitu: tūc iterum emittit mēſtruū: exquo quæritur: unde ueniat quia mirabile uidetur: & auctor ſoluit ī littera & dicit. ꝙ poſt cōceptionem retēta ſunt mēſtrua: ꝑpter hoc finaliter: ut fœtus exiſtens in utero materno exinde poſſit nutriri. Sed quando tunc mulier eſt in coitu cū uiro propter maximam & nimiam libidinem uel delectationem quā habet: ꝑpter hoc nerui & uenæ cō-fricantur: & emittit menſtruum: & hoc eſt naturale ratione coitus. ſed eſt uiolentum ratione fluxus naturalis menſtruorum. ex iſto ſoluitur quædam alia dubitatio: quare mulieres īprægnatæ maxime appetunt coitum: quia ſicut appetitus coitus eſt propter abundantiam materiæ ſuperfluæ ab alimento. & ideo cum menſtrua ſunt retenta & quottidie aliquid eorum generetur tunc mulier maxime appetit coitū propter abundantiam materie. Et etiam dicit ꝙ membrum mulieris caleſit.

Nota ꝙ illa dubitatio ſolummodo debet intelligi de mulieribus īprægnatis. Itē nota: ꝙ emiſſio menſtruorum non eſt totaliter uiolenta: & abſoluta: quia menſtrua ſunt grauia: & omne graue tendit deorſum. Item nota ꝙ littera intelligitur de menſtruo ī puro: de quo ſuperius patuit: quia iſtud eſt ineptum & indiſpoſitum ad generationem fœtus: nam ſi ex tali menſtruo fœtus generaretur fieret leproſus & fragilis. & ideo prohibitum eſt tali tempore uiros commiſceri mulieribus: & hoc etiam multum nocet membro uirili. Item ſciendum eſt: quia dictum eſt: de ſpermate: ꝙ ſperma ab aliquibus ſic diffinitur. Sperma eſt ſemen uirile ex pura ſubſtantia omnium membrorum compoſitum. Item ſi aliquis dubitaret ī quo tempore coire quis primo poſſit: & dicunt aliqui ꝙ ī anno. xiiii. tēpus coitus incipit. Sed circa hoc

dubitatur & arguitur ſic. In pueritia magis uiget coitus q̄ poſt tale tēpus. igitur falſum eſt: quod dicitur. cōſequētia patet. & aſſumptū ꝓbaẽ: q̄a pueritia ē calida & hūida: igitur uidetur: ꝙ habeat multū de ſemie. Reſpondetur negādo aſſumptū. & ad probationem dico: ꝙ aliquid aliud impedit. nā ĩ pueritia meatus ſunt ſtricti: de q̄bus ſperma deberet exire. & in aliis uero ætatibus apti: ſed ĩ ſenectute propter frigiditateꝫ coitus uix contingit. Item nota: ꝙ poſt cōmeſtionē hoc opus eſt moleſtū: quia calor naturalis minuiẽ: & tunc nō pōt bene digereẽ cibum: igitur ĩpedit digeſtionē. ſed poſt ſomnum tunc temporis melius eſt coire: quia tunc ſanguis eſt digeſtus.

¶ Cauſa autem diuerſitatis iſtorum animalium eſt diuiſio ſeminis in matrice principaliter in omnibus animalibus. Et eſt intelligendum: ꝙ in matrice mulierum ſunt plures cellulæ: quando tunc ſemen deciſum hic colligitur: ꝙ in unaquaꝗ cellula matricis pars ſeminis recipitur: tunc eſt modus generationis plurium animalium: ſiue fœtuum: & iſte motus generationis animaliũ īpfectoꝝ ſumit ſilitudinẽ: qa ibi ē aliqd loco matricis: & aliquid loco ſeminis: ex quo fit talis humiditas: ut dictũ eſt: quia tranſit humiditas per loca eductiōis eius: uel ei9 putrefactionis: & ideo multiplicantur talia aīalia: & cā ſimilitudinis horum animalium eſt humidi deducti ſimilitudo de corpore in partes homogeneas; & hæc

generatio eſt ipſius.

¶ Hic oſtendit: quare plures fœtus generentur in matrice: & primo facit hoc. ſecundo ponit cauſas quorundam accidentium ex parte qualitatis & quantitatis in corpore animalis generati cum ſemine & ſine ſemine: ſecunda ibi: ꝙ autem quædam & cætera. Primo ergo dicit ſic: cauſa diuerſitatis illorum fœtuum eſt diuiſio in matrice: nam in matrice: mulieris plures ſunt cellulæ: unde quando ſemen deciſum a patre ſic recipitur in matricem: ꝙ unaquæq; cellula partem recipit: tunc eſt motus generationis plurium fœtuum: & iſte motus generationis ſumit ſimilitudinem ad animalia imperfecta: quia in generatione iſtorum animalium aliquid ē loco ſeminis: & talis pellicula: quæ circundat primo materiam putrefactam eſt loco matricis: & materia putrefacta loco ſeminis. Nota: ꝙ de numero animalium perfectorum quædam ſunt breuis uitæ: ut porci: & ſimilia: & talia generant plura animalia eiuſdem ſpeciei ne ſpecies eorū pereat: & multotiens in anno generant propter eandem cauſam: unde talia animalia habent matrices cum multis cellulis: & multitudine mammillarum. Quædam autem animalia ſūt longæ uitæ: ut hominis: equi aſini. ideo non generant niſi ſemel in anno: & ut frequenter: niſi unum fœtum: quia matrices eorum non habēt multas cellulas: cuius gratia ſciendum: ꝙ ſecundū aliquos mulier non habet in matrice niſi duas cellulas unam ad partem dexteram aliam ad ſiniſtram: & horum motiuum eſt: quia mulier duas tantum habet mammillas: ut duos tantum fœtus nutrire poſſit: Alii dicunt: ꝙ habet tres cellulas ſingulatim. ſ. per ſingulum latus: & tertiam in medio: qui ex eo mouentur: ꝙ aliquando uiſum eſt mulierem parere tres fœtus. Alii autem dicunt: ꝙ habet. ix. cellulas: & ponunt tres principales unam ad dexteram aliam ad ſiniſtram: & tertiam in medio: quarū triū quælibet habet duas alias minus principales: & iſti mouentur: ex eo ꝙ aliquando perceptum eſt mulierem peperiſſe nouem filios Sed ad intelligendū hæc ſcias: & Ariſt. dicit in libro de ſpermate: ꝙ tantū ſunt ſeptem: quia tantum ſunt ſeptē habitacula in matrice mulieris: ubi recipit ſemē: & ideo tot pueri ī una muliere ſimul poſſunt generari: & una uice ſi ī coitu ſperma currit ad omnes cellulas.

¶ Quod autem animalia ſunt longa & ſtricta: quædam breuia: & ſic de aliis hoc ē ideo ſcilicet ex diuerſitate humidi quia ex colerico generatur animal longum & ſtrictum eo quod calor multum ſeipſū extendit: ex flegmatico autem generatur animal latum: &

Septē ſunt cellule in matrice mulieris ex Arist.

Animal generans plura animalia est breuis uite et ratio ē ne pereat species. unde talia animalia habent multas cellulas in matrice et multas mamillas

Animal unum generans uni[?] solum et ... in homo est longe uite

breue quia humor aquæus multum dilatabilis eſt & frigiditas non multū extendit ipſum: ex ſanguineo autem humido & calido generatur medium inter longum & breue: propter calidum & humidū bene temperatum. Ex melancolico uero naturali generatur animal ſtrictum & breue: quia frigiditas non permittit ipſum dilatari & creſcere in longum: ex melancolia autem accidentali: quæ aduſta eſt: generatur longum ualde: & gracile: quia feruor caloris eius multum extendit ipſum: & ſiccitas moderata attenuat ipſum. Et eſt notandum quod colericus crocei coloris eſt: ut frequentius. Et ſanguineus rubei: & flegmaticus albi: & melācolicus nigri coloris: & ſi aliquorum materia permixta fuerit: horū etiā & qualitas: & aliorum neceſſario permiſcetur: ſic ergo i hoc capitulo habemus modū generationis animalium imperfectorum: & quare plures fiunt foetus ſimul imperfectis & quare aliud eſt longum & aliud breue.

¶Hic oſtendit cauſas quorundam accidentium in corpore animalis: quod generatur ex ſemine: et primo oſtendit cauſas accidentium ſe tenentium ex parte corporis i quātitate. ſecundo in qualitate. tertio recapitulat. d. ergo ꝙ quædam animalia ſunt lōga & ſtricta: quædam breuia: & ſic de aliis hoc fit uirtute humidi quia ex colerico calido & ſicco generatur animal longum & ſtrictum: eo ꝙ calor multum extenditur in ipſo. Ex flegmatico frigido: & humido generatur animal breue & latum: quia humor aqueus eſt multum dilatabilis: & frigiditas non multum extenditur. Ex ſanguineo calido & humido generatur animal medium iter longum & breue propter humidum & calidum bene temperatum. Ex melancolico autem accidentali: quia aduſtum eſt: generatur animal longum ualde & gracile: quia feruor caloris eius multum extendit ipſum: ſed ſiccitas attenuat immoderate: poſtea oſtendit hoc de qualiter dicens: quod animal colericum eſt crocei coloris: ſanguineus: ut frequenter rubeus: flegmaticus albus: melancolicus autem niger: & quorum natura eſt per mixta aliorum etiam quantitas: color: & qualitas erūt pmixta: deinde cōcludit epilogādo q̄ dicta ſunt. d.

ſic ergo habemus in hoc capitulo
modum generationis animalium
imperfectorum ad ſimilitudinem
perfectorum:& habemus quare plu
res fœtus generantur tam in ani-
malibus perfectis: quam imperfe-
ctis & etiam quare aliquod tale eſt
lõgum:& aliquod breue:& aliquod
leue & cætera:& hæc de ĩperfectis
ſufficiant.nunc de perfectis uidea-
mus. Item ꝙ animalia diuerſificã-
tur in quantitate colore:& aliis acci
dentibus iuxta ſuam complexionẽ.

Item dicit:ꝙ colericus eſt crocei
coloris hoc uerum eſt:ſi habet cole
ram citrinam:ſi autem coleram ru-
beã tunc eſt rubeus:ſi coleram adu
ſtam:tunc habet colorem permix-
tum cum quadam nigredine in fa-
cie. Item dicit ꝙ ſanguineus ha-
bet colorem rubeum in facie per-
mixtum cum albedine:& per totuʒ
corpus eſt albus:non tamen excellẽ
ter ſicut flegmaticus:quia albedo in
ſanguineo declinat ad rubedinem
in flegmatico autem non. Item ſci
endum ꝙ duplex eſt melancolia:
quia quædam eſt aduſta: & ad iſtaʒ
ſequitur quantitas corporalis:graci
lis:& longa. Alia autem eſt natura-
lis & non aduſta:& ad hanc ſequi-
tur corporalis quantitas ſtricta &
breuis terreſtris. Sed de naturis iſto
rum plene apparet in tractatu de
complexionibus.

❡Hic incipit tractatus ſecun
dus huius libri.

NVnc autem ad
ea quæ dicta ſũt
ſuperius de ge-
neratione & for-
matiõe embrio-
nis in utero materno:ſermonẽ
noſtrum conuertimus: & de
modo ipſius exitus aliqua tan
gamus:primo ergo uidenduʒ
eſt:quomodo iſte potentiæ q̃
ſunt uegetatiua:ſenſitiua: & in
tellectiua ueniunt ad materiaʒ
fœtus: ſiue quo ordine. Iuxta
quod eſt breuiter notandum:
quod illud eſt alterius negotii
q̃ præſens materia requirat:ta
men de ipſa aliqualiter tanga-
mus. Sperma uero in matri
ce mulieris collectum augmẽ
tatur ſtatim cum infuſum eſt:
& quando bene eſt clauſa ma
trix:& augmentum eſt appoſi
tum uegetatiuæ animæ: quo-
niam a ſpermate deciſo a pa-
tre uel a generatione diuiſa eſt
potentia uegetatiua:& hoc pa
tet ſecundo de anima:quia po
tentiæ uegetatiuæ duo ſunt
opera.ſcilicet generare. & ali-
mento uti.unde planta generat

plantam:animal,animal:unde uidetur: ꝙ ab iſta anima uegetatiua fluit uirtus generatiua.

¶Hic eſt tractatus ſecundus huius li. in quo determinat de exitu ipſius fœtus:& continuatur ſic. nam ſuperius expediuit ſe de generatione: augumentatione: formatione & diſpoſitione ipſius tam naturali ꝗ nõ naturali:& de aliquibus accidentibus circa exitum ipſius fœtus:& habet quattuor capitula. Primum eſt de forma embrionis per animam ſenſitiuam: uegetatiuam & intellectiuam. In ſecũdo capitulo de egreſſu fœtus. In tertio quædam accidẽtia circa exitum ipſius fœtus. In quarto determinat de peccatis naturæ in generatione: ſecundum ibi tẽpus aũt egreſſionis: tertiũ ibi: nũc ergo redeamus: quartũ ibi: ſicut dicit phs. Priũ capitulũ hẽt qnq; partes: nã prĩo præmittit ĩtẽrũ ſecũdo oſtendit generationẽ fœtus p aĩam uegetatiuã. tertio per aĩa ſenſitiuã quarto per intellectiuã: quinto affirmat dicta. Et ideo uidẽdũ eſt quõ iſtæ tres potẽriæ. ſ. uegetatiua: ſenſitiua:& ĩtellectiua ueniãt ad naturã fœt⁹:& dicit: ꝙ hic uult breuiter đ iſtis potentiis dicere: nam ad librũ de anima hoc per tractare cõuenit dicit ergo: ꝙ cũ ſemen recipitur ad matricem mulieris ſtatim per calorẽ augumẽtat: quãdo matrix eſt undiq; clauſa:& hanc augumẽtationẽ hẽt ab aĩa uegetatiua: nam hæc aĩa habet duas operationes. ſ. nutriẽdi & augmẽtandi: ut patet ſecũdo de aĩa: unde plãta generat plãtã: aĩal ue ro aĩal. Et iõ dicit: ꝙ ab iſta anima fluit uirtus generatiua ad perfectã formationem embrionis. Nota ꝙ Albertus uult ĩ littera dicere: ꝙ anima uegetatiua attribuit fœtui p ſemẽ a patre deciſum: cuius opatiões ſunt motus: generatio: nutritio. Et hoc apparet ex eo. ꝙ planta generat plãtã: igitur ſibi tribuit uirtutẽ nutritiuã & uegetatiuã: unde ille tres aĩæ habẽt talẽ ordinẽ. ꝙ prĩo educitur uegetatiua: deinde ſenſitiua: poſtea intellectiua. Nota etiam ſcđm Ariſt. xvi. de aialibus ꝙ cũ ſperma te deciſo a patre creſcit qdã ſpiritus qui eſt uirtus aĩæ:& calor ſolis & calor naturalis nutrit & augmentat: & h reqrit in pricipio cõceptiõis: calor uero igne decreſcit & deſiccat.

¶Poſtea uero procedente tẽpore ſecundum exigentiam naturæ: materiæ ſuperaddit anima ſenſibilis: poſtea anima huius ſpeciei: uel iſtius per motiuam habetur: ſecundo aũt per potentias & operatiões: & nõ dicuntur iſtæ potentiæ. ſ. uegetatiua & ſẽſitiua: ita ꝙ ſint duæ ẜm eſſentiã: eſt eni eadẽ ꝗs uero nõ eodẽmodo:& hoc ẽ: ꝙ dicit phyloſophus in libro de animalibus: embrio pri⁹ uiuit

uita plantæ:deinde uita aīalis: poſtea uero hui⁹ſpēi:uel illi⁹.

Hic oñdit formationē fœtus p aīam ſenſitiuā & dicit: poſtea uero ꝓcedēte termīo ſcdꝫ exigētiā natu ræ ſupadditur materiæ aīa ſenſitiua:& prīo hētur p motiuā:ſcdo per potētias & opationes: uñ dicit pħs xvi.de aīalibus: ꝙ embrio prīo uiuit uita plāte deīde uita aīalis: deinde uita huius ſpēi uel illi⁹.Nota prīmo: ꝙ aīa ſenſitiua in cōi accipit̄ a corpore cœleſti: ſed aīa ſenſitiua in ſpāli iſtius:uel illius ſpēi attribuitur fœtui a uirtute īformatiua exiſtēte in ſemine:corpus enī coeleſte:ut eſt agēs ulē oī fœtui īdifferēter ītroducit aīam ſenſitiuā. Agēs uero ꝑticulare p uirtutē ſibi dimiſſam in ſemine deciſo a prē materialē formā fœtus ad aīaꝫ ſenſitiuā ī hui⁹ſpēi:uel illius. Vtrū aūt plures formæ iſtaꝝ aīarum ſint:uel tantum una melius & latius in libro de aīa diſputatur.

Additur uirtus intellectiua in hominibus: quæ non generatur a materia: ſed: a cœlo eſt: & de foris infuſa: unde eſt finis & perfectio omnium perfectorum hic inferius exiſtentium: ſic autem a medicis conſueuit dici:ꝙ prima uita eſt latens:& occulta media apparēs ſed ultima excelens & glorioſa Senſus nature eſt a prima.ſ.tactus & guſtus: a ſecunda eſt ſenſus alius:de quo uiſus auditus apparet: & motus uoluntarius:& ſic de aliis. Sed a tertia ſenſus ſpūalis: a quo interpretatio: diſcretio:perſcrutatio & ſic de aliis.

Hic oſtendit generationē fœtus: p aīam itellectiuā:qa in hoīe ē una aīa q̄ dr̄ itellectiua:q̄ nō ꝓducit̄ ex materia:ſed e cœlo:& ħ apud medicos ſolebat ſic dici:ꝙ materia.i.pria ſeu uita uegetabilis eſt oculta: media uero:ideſt ſenſitiua eſt apparens & manifeſta:ultima uero:ideſt itellectiua eſt excellens & glorioſa.Nota ꝙ talis anima: q̄ aduenit humāo corpori non eſt addita materiæ:ſed induta:ut patet per phyloſophū.xii de animalibus: & ideo talis anima non eſt inherens: ſed ſolum eſt appropriata ſecundum operari quēadmodum aer:qui illumīatur a ſole:ſic corpus ab anīa:& ſicut lumen ſolis: quod eſt incorporeum aduenit aeri:& ſeperatur ab eo: ſine eius corruptione: & ita ſimiliter anima itellectiua aduenit corpori hūano.

Capitulū ſm ſecūdi tractat⁹.

TEmpus aūt egreſſus eſt ab utero materno ut frequentius pro nouem menſibus quibuſdam in octauo mēſe quibuſdā uero

in decimo menſe: quibuſdam uero in undecimo menſe: quibuſdam in.xii.& ultra non.

Hoc eſt capitulum ſecundum ſecundi tractatus: in quo determinat de exitu foetus: & diuiditur in quattuor partes. Primo determinat de tempore naturali foetus quantum ad partum. Secundo de tempore non naturali. tertio oſtendit quandam cõtinuationem circa corruptiõem foetus ĩ utero materno quarto circa dicta mouet quædam dubia. primo dicit: ꝙ tẽpus egreſſionis foetus ab utero materno: ut frequẽtius eſt ĩ.viii.mẽſe quibuſdã in.vii.quibuſdam in.ix.quibuſdam in.x.& non ultra. Nota primo: ꝙ tẽpus exitus debet computari ab hora cõceptionis ipſius embrionis: & non ab aliqua alia hora quãuis contrarium fiat apud diuerſas mulieres. Nota etiam: ꝙ menſis nonus eſt tempus determinatum & certum a natura deputatum egreſſui foetus: & foetus qui in nono menſe naſcitur: ut frequẽtius eſt ſanus: & lõgæ uitæ: & hoc quia ĩ tali mẽſe eſt maturus. Sed aſtronomica cauſa ẽ: qa tunc iuppiter diſponit ipſum foetũ ut prius dictum eſt. Sed quãdo exit in.viii.menſe: tunc eſt morbidus & duplici de cauſa: primo quia ĩ octauo menſe non eſt maturus. Secũdo quia ſaturnus regnat ſuper eum. Itẽ nota ꝙ id: quod dicit aliquis pare re..x.menſe non eſt uerum abſolute intelligendo: ſed ſolum eſt ſecundum exiſtimationem quarũdã mulierum: quia aliquando credunt ſe imprægnatas & non ſunt: attamen poſſibile eſt ꝙ poſſint generare in principio decimi menſis.

Quædam uero mulieres ĩ primo menſe: & hoc eſt abortiuũ: quia hoc natura hois nõ producit: ſed aliquã ſolidã carnẽ. Iſtud uero accidit pp plura primo qa natura ĩparũ mulieꝝ ẽ impedita qa ualde ẽ corrupta uel ille mulieres ſunt ueneno ſe uel propter nimium motum propter quem matrix corrumpitur: uel propter alia mala: & aliquæ doctæ mulieres in hac nequitia: quãdo ſentiunt ſe imprægnatas: mouent ſe de loco ad locum: de uilla ad uillam & ducunt ſaltus coreas: & plura alia mala & frequentius multum coeunt & cum uiris luctãtur ut p motum & luctã liberentur a conceptione & cupiunt coitum ut per delectationem obliuiſcãtur triſtitiæ quæ eſt extinctio foetus.

Hic declarat de tẽpore nõ naturali ipſi⁹ foetus dicẽs: ꝙ mulieres q

pariunt in primo menſe non producunt formam hominis & naturam:ſed quādam ſolidam carnem. Et hoc accidit pluribus modis. Primo quia natura earum eſt corrupta uel propter nimium motum per quem matrix corrumpitur:uel propter multa alia mala. Et ideo quædam meretrices inſtructæ in hac nequitia quando ſentiunt ſe eſſe impregnatas incipiunt ſe mouere de loco ad locum & alia mala faciunt: & frequentius coeunt: & cum uiris luctantur:ut per motum poſſint a conceptione liberari. Nota etiā quādocunq̨ fœtus exit ante ſeptimum menſem ſemper uocatur aborſus. Nota ſecundo:ꝙ in primo mēſe fœtus nō eſt multum fortiter affixus matrici:& ideo ex facili fit aborſus ſicut fructus arboris qui primitus ex parua cadit cauſa. Huius cauſa ē multiplex. Vna quia quando materia ipſius embrionis eſt corrupta & imperfecta ex ipſa non poteſt figurari diſpoſitio hominis & cauſa etiam eſt motus frequens & labor mulieris:per quem ligamenta in matrice relaxantur & corrumpuntur: ita ꝙ fœtum retinere non poſſunt: & propter hoc conſulitur mulieribus ꝙ impregnationis tempore non nimis laborent:neq̨ ābulent. Et ideo aliquæ peſſimæ fœminæ quæ hoc non ignorant conſulunt puellis nouiter impregnatis quæ abſcondere uellent peccatum ſuum ut ſaltent currant ambulent:& fortiter moueantur ad corrumpendum fœtum: aliquando etiā per decoctiones aliquarum herbarum quas bene ſciūt: faciunt fieri aborſum Et ſcias ꝙ in tali corruptione illæ mulieres maximum patiuntur dolorem.

¶ Eſt igitur diligenter notandum:ꝙ plures mulieres ex terrore:quem capiunt ex ictu tonitrui: ſæpiſſime diſponuntur interius: ꝙ fœtus habens uitam moritur: & ſi uitam non habuerit: poſſibile eſt adhuc: ut ſemen naturale meru:& forma hominis deſtituatur. cauſa uero huius accipitur:ex quo totum corpus immutatum eſt & diſpoſitum ad pegrinam impræſſionem: & per eius aduentum læditur & extinguitur.

Secunda cauſa eſt maxime ex parte fulminis: quod penetrat uſq̨ ad interiora:& eadem deſtruit per uſtionem:ſiue concuſſionem: tamen nullum ſignum aduſtionis apparet extra:& eſt uapor intus fortiſſimus:qui etiam interdum interficit homīes:eo quod penetrat membra uitalia ad interiora:&

propter eius ſubtilitatem:& celeritatem fulminis non apparet uulnus: neq; aduſtio:eo ꝙ magis ictu læditꝗ calore lædit etiam plura aliquando calore quam ictu penetrat: & ut frequentius ſecundum indiſpoſitionem naturalem iterioribus ubi fœtus eſt:conſumit totum humidum radicale & complexionale illius fœtus:& tunc extinguitur. Et ſciatis ſocii mei:ꝙ hæ cauſæ nõ ſũt fictæ:qa ſecũdum quod recitat Albert9 paſſus de operatione & effectu fulminis quod ictu tonitrui aliquando comburuntur calcei in pede illeſo:& econuerſo: aliquando uero crines & pili iuxta loca libidinis:membris illeſis. Et ꝙ ictus fulminis pertingat ad inferiora per hunc modum:quẽ dicit: fides eſt:qa ſerpens uenenoſus fulmine pcuſſus infra paucos dies, uermiculos producit:& eſt ſerpẽs uenenoſus:a quo colligitur uenenum per huius impreſſionem. Item ſignum huius eſt: quia ob nimium dolorem percuſſus areſcit ad aliquod tempus. De his autem: & eorum cauſis diuerſis ſuperfluum hic eſt amplius pertractare. Sed ex his quæ dicta ſunt:intendo quædaz dubia remouere: quorum ſermones uobis cõmitto.

¶Hic oſtendit qualiter aliquando fœtus in utero materno corrumpitur:ita ꝙ fiat aborſus. Et primo ponit notabile. ſecũdo aſſignat cauſaz unde dicit:ꝙ plures iuuenes mulieres ex ictu tonitrui propter timorẽ interius ſic diſponuntur: ꝙ foetus in utero materno moritur. Et ſubdẽs cauſaz huius dicit:ꝙ ex parte timoris totum immutatur: & diſponit ad peregrinã impreſſionem: & ita fœtus læditur & extinguitur. Secũdo addit etiam hoc ex parte fulminis:quod penetrat ad interiora: & cõburit fœtum ĩ utero materno & tamen nullum ſignum combuſtionis exterius apparet. & iſte uapor eſt fortiſſimi ictus: eo ꝙ multotiens lædat membra hominis interiora ſine aliquo ſigno exterius facto. Et talis uapor aliquando magis ictu lædit quã calore. Aliqñ: aũt ecõuerſo fit: & ita aliquando per hunc uaporem interius aduenientem aliquando conſumitur totum humidum radicale ipſius: propter quod

ſæpe extiguitur. Et notáter dicit̃ iu
uenes mulieres:qa tales habent cor
pora poroſa & rara magis quá anti-
quæ:& per conſequẽs:corpora earũ
ſunt magis penetrabilia. Et iõ cõſu-
lit̃ talibus mulierib⁹:ꝙ tẽpore toni
trui uadát ad loca obſcura & ſtricta
lẽ ꝙ dicit ex nimio timore rõ ẽ na-
turalis natura:& aliqñ hõ ex nimio
gaudio morit̃:eo ꝙ calor naturalis
exiſtẽs circa cor & toto ſe ibi impri
mẽs:extinguit ipſum:ſic ẽt ex nimio
timore. unde ex tali timore ſit ſæpe
aborſus. qa corpus mulieris ꝑ toni-
truũ maxime alterat̃:& fœtus exi-
ſtẽs in utero materno eſt debilis. iõ
faciliter corrũpit̃. & huius cauſa eſt
calor cũſumptiuus & aduſtiuus ip-
ſius fulminis:qa talis ꝓpter poroſita
tẽ corporũ mulierũ cũ ipſe ſit ſubti
liſſimus cõſummit & cõburit humi
dũ radicalẽ ipſius fœtus faciliter pe
netrãs corpus mulieris ſine læſione
aliqua exteriori natura fœtus ẽ mul
to ſubtilius ab intra q̃ corpus fœmi
næ ab extra. Et illud idẽ ſæpius acci
dit mulierib⁹:quæ iterficiũtur a ful
mine tonitrui:& tñ exterius nõ ap-
paret aliquod ſignũ læſionis in cor
pore. & huius cauſa ſatis patet per
Alber. in libro methau. ſuorum:ubi
dicit ꝙ hic uapor propter ſubtilita-
tem penetrat corpus hominis: quo-
uſqꝫ perueniat ad membra ſubtilia
interius ſcilicet cor epar. & cætera.
& ita tunc læditur:& iterficitur ho
mo abſqꝫ læſione exterius facta. De
his plene habes in methau. eius.

¶ Primum dubium eſt: utrũ
poſſibile ſit illo tempore cum
uir eſt in coitu cum muliere:ꝙ
ſemen in hora eiectionis poſſit
recipere aliquam nouam im-
præſſionem:per quam diſpo-
natur ad aliquid aliud: quam
ad illud:quod natura particu-
laris intendit. Secundum du-
bium poteſt eſſe: utrum illud
per quod ſemen a ſuperiorib⁹
influitur ĩ hora eiectionis poſ
ſit inhiberi ab ipſo fulmine: &
ſono tangẽdo materiam ſemi
nis ex parte matcris & patris
deciſam. Tertio utrum opera-
tio fulminis tangens materiã
utrãqꝫ poſſit in ſemine uirtutẽ
influere: per quam ad formã
maſculi procedat:ita tamen:ꝙ
materia fuerit diſpoſita prius
ad formã femellæ occulta hæc
dubia ſint ꝑ tãto mota:ut quo
dãmõ exerceatis itellectũ urʒ.

¶ Hic mouet tria dubia. Primum
eſt:utrũ poſſibile ſit tẽpore:quo uir
coit cũ muliere:ut fulmen tonitrui
tangat ſemẽ. & poſſit ad tale ſemen
aliquam aliam formã itroducere q̃

natura particularis intendebat:ſecũdũ dubiũ:utrũ tale fulmẽ poſſit ipedire ipſũ foetũ:ꝙ nõ diſponat a corporibus ſupercoeleſtibus. Tertium: utrũ operatio ipſius fulminis tangens materiã foemis poſſit formare de illa materia foeminã:de q̃ natura pticularis itendebat ꝓducere maſculũ. Poſtea excuſat ſe de ſolutiõibus dubiorũ & dicit:ꝙ ꝑ tãto dubitatũ ẽ ut itellectũ ueſtrũ quodãmõ circa hoc exerceatis: tamẽ quãuis ipſe nõ ſoluat hic dubia.nos ipſa ſoluemus Vnde dicẽdũ:ꝙ talis ictus tonitrui haber põt duplicẽ effectũ in ſemie. uno mõ:ꝙ habeat effectum mortificatiuũ uirtutis exiſtẽtis in ſemie: & tũc talis foetus oĩno extiguit: & fit aborſus. Alio mõ:ꝙ talis materia ſeminalis tãtũ ab ictu tãgatur cũ mortificetur. & tũc poſſibile eſt ipſũ cõſeq̃ alias diſpoſitões extraneas: quas agẽs particulare nõ intẽdebat. Item aliqua materia ſeminalis ita poteſt diſponi per ictũ tonitrui:ꝙ fit impotens ad generandũ:& huius ratio ẽ nimia exſicatio facta circa materiã per huiuſmodi ictum.hoc põt cõfirmari per dictũ Alberti in ſcdo phi. in capitulo de monſtris. ubi recitat ꝙ quædam mulier peperit buffonẽ & huius cauſa alia non erat:niſi ꝙ ſemen tempore exitionis fuit infectũ & indiſpoſitum a fulmine:quia uapor fulminis aliqualiter eſt ueneno ſus. Ad ſecundum dubium reſpondet:ꝙ poſſibile ẽ tale ſemẽ ſic alterari & diſponi a fulmie:ꝙ nõ ſit natũ accipere influentiam planetarum. ad quam primo fuit habilis: quia actus actiuorũ ſunt in patiẽte diſpoſito:Et huius ſolutio dubii ſatis ſeq̃tur ſolutionem primi dubii. Ad tertium dicit affirmatiue ꝙ ſic: & hoc quia poſſibile eſt:ꝙ per naturaꝫ fulminis tollat diſpoſitio foet⁹ ad maſculuꝫ: & introducat diſpoſitio foeminæ: & ecõuerſo ſecũdum quod tale fulmẽ fuit diuerſimode diſpoſitum & conditionatum.unde ſecundum Ariſto.xvi.aĩalium mulier eſt uiri occaſio:ita ꝙ uir non eſt materia puellæ: niſi quando natura impeditur in ſuis actionibus ꝑpter diſpoſitioneꝫ materiæ & caloris naturalis: quia natura particularis ſemper intendit producere marẽ: & nõ foeminã:nam ſi producit hoc fit ꝑ cauſas impediẽtes talem diſpoſitionem.idcirco quidam dixit: mulier non eſt homo:ſed monſtrum in natura &c.

Capitulũ tertiũ ſcdi tractat⁹.

R Edeamus igitur: & dicamus.ꝙ foetus in ſeptimo mẽſe natus ut frequẽtius bene habet. ſed ĩ octauo mẽſe:raro uiuit: & huius cauſa eſt:q̃a oĩs foetus in ſeptio mẽſe naturaliter tẽdit ad exitũ:& ad ortũ:& laborare ĩcipit ad egreſſum. Et quia tunc

motus eius naturalis eſt: ideo
ſi egreditur in ſeptimo menſe
bñ ſe habet: ſi uſqꝫ ad octauuꝫ
permanens tunc exeat liben-
ter moritur. & hoc quia eſt ni-
mis debilitatus in ſeptimo mé
ſe propter laborem. Si uero in
nono menſe exeat: tunc ſanus
eſt: quia requieſcit í octauo: &
reaſſumptus eſt a laboribus
habitis in ſeptimo.

¶ Hoc eſt capitulum tertium iſtius
ſecundi tractatus: in quo declarat
quædam accidentia circa exitú foe-
tus contingentia. & primo oſtendit
hoc ratione temporis. ſecundo ra-
tione exitus ab utero materno. ter
tio ibi: ſed adhuc ſunt: dicit ergo re
deamus ad dicendum de exitu ip-
ſius foetus: & dicamus ꝙ foetus in
ſeptimo menſe natus ut frequenti-
us bene habet. ſed in octauo menſe
raro uiuit: & huius cá eſt qa oís foe
tus í ſeptimo méſe naturaliter tédit
ad exitú: & ad ortú: & laborar ícipit
ad egreſſú: & qa túc motus eius na
turalis é: iō ſi egredit í ſeptimo mé
ſe. ſe bene habꝫ. Si uero uſqꝫ ad ócta
uú ꝑmanés tunc exierit libéter mo
ritur: & hoc qa eſt nimis debilitatꝰ
in ſeptimo menſe ꝓpter laboré. Sed
ſi in nono exierit: tunc é bene ſanus
quia túc quieuit p octauú a labori-
bus ſeptimi menſis. Nota ꝙ natus
in ſeptimo méſe poteſt bene uiuere
& ratio eſt: quia tunc omnes plane
tæ compleuerunt cunctas eoꝶ ope
tiones: & melius eſt: ſi exit í prícipio
méſis: q̃ í fine: qa í fine é magis debi
litatꝰ: eo ꝙ p totú méſem laborauit
ad exitú. Sed ſi foetus exit in octauo
méſe é moribúdus & male cóplexio
natus. huius ratio é prius dicta. Íté
nota: ꝙ foetus poſt ſextú menſeꝫ di-
citur laborare ad exitú: & hoc quia
tunc ligamenta: cú quibus erat liga
tus incipiunt debilitari: ex eo qa ni
mis extédútur ꝓpter magnitudiné
etiá qa caret nutriméto. naꝫ túc foe
tus attrahit totú nutrimentú. & qa
tunc faciliter fit diſſolutio. Item no
ta: ꝙ ſi mulier moritur ante partum
propter aliquam infirmitaté. tunc
infans in utero materno exiſtens p
aliqd' tempus uiuere poteſt: ſi poſſit
attrahere anhelitú. Et ideo medici
dicunt: ꝙ os mulieris tunc debet te
neri apertum cum aliquo inſtrumé
to: ut aer ſubintret: & ſi corpus eius
aperiat: túc uiuet. ſic quoqꝫ primus
dictus cæſar fuit extractus. Dicitur
cæſar qſi ab utero materno cæſus.
Íté nota: ꝙ infans natus ſtatiꝫ flet: &
huius ratio ſecúdú philoſophos eſt
quia oís ífans: dum naſcitur: primo
habet doloré in partu ꝓpter forami
na ſtricta: & etiam propter aeré frigi
dú: quem ſentit quádo exit. & ideo
propter dolorem incipit flere: & ſi
eſt mas habet groſſiorem uocé na-
turaliter quam foemina. & ideo ui-
det mulieribus: ꝙ maſculus clamat
A.a.a. quia. A. facit groſſiorem uo-

cem & ſonuꝫ q̃.E.& oppoſitum eis uidetur de fœminis: quia habent uocem graciliorem:& ideo eis uidẽtur clamare.E.e.

¶ Sed adhuc quædam ſunt ſcienda: ꝙ quibuſdam mulieribus maior eſt dolor: quam aliis:quia accidit ꝗbuſdam:ꝙ aliquando fœtus procedit manu uel pede: q̃ omnia ſunt nociua tũc obſtetrices diligẽter recordant fœtũm. ex illo maximus generatur dolor:ita quod quã plures mulieres non fortis naturæ fuerunt debilitati uſq; ad mortem: Quandoq; etiam accidit:ꝙ in partu rumpitur uulua mulierũ uſq; ad anum: ita ꝙ iſta duo foramĩa erunt unũ tamen mulier uiuit. Sed obſtetrices diſcretæ tunc utunẽ quodam unguento ungentes uuluam: & matricem diligenter recondũt:quia ſæpe matrix in uulua uulneratur:& leditur & ideo neceſſarium eſt ĩ partu mulierum:ut habeam⁹ diſcretas mulieres in hoc opere & expertes obſtetrices:& illud ego didici ab aliquibus mulierib⁹ ꝙ quãdo præmittit caput: tũc bene uadit negotium:hinc autem primo caput naturaliter exiit:deinde alia membra.

¶ Hic oſtendit quædam accidentia circa foetum contingentia ratione ſui exitus ab utero materno. & primo facit hoc ſecundo remouet ibi. ſed contra ea primo dicit: ꝙ adhuc ſunt quædam ſcienda : ꝙ quibuſdam puellis eſt maior dolor in partu quam aliis:quia aliquando accidit: ꝙ foetus primo protendit manum:quando uult exire aliquando uero pedem : & ſic de aliis:quæ ſunt nocumenta:& tunc oportet:ꝙ obſtetrices diligenter intromittant foetum:& ex iſto tũc maximus cauſatur dolor in tantum : ꝙ niſi tales mulieres ſint ualde fortes debilitãtur uſq; ad mortem : poſtea ſubdit unũ magnum ĩcõueniẽs:qđ aliquãdo accidit ĩ partu ſcilicet:ꝙ mẽbrũ mulieris rũpitur uſq; ad anũ:& tũc ut freqẽter mulier adhuc uiuit:& tunc obſtetrices debent eſſe diligẽtes:& ſollicitæ:ut tũc ſtatim ungãt diligenter matricem: & introducãt ne forte uulneretur & lædatẽ ĩ menbro mulieris.Et ideo dicit:ꝙ neceſſario ẽ:ꝙ tũc habeãtur docte ĩ hac arte:& exptes obſtetrices. hæc enĩ ipſe ſciuit:quia a quibuſdam mulieribus didicit.Et tunc ſubdit quando prio caput exit:tunc optime agitur:qa ſi caput bñ exit naturaliter

nasculus naxas clamat o A.o.A. et femella o. E.o.E quod Ada et Eua respective nominentur

quare quibusdam mulieribus fit maior dolor in partu quam aliis

De ſecundina

mulieres pingues pariunt cum difficultate

species aromatice sunt applicande naribus mulier. parientium & matrices

Signa pariendi precedentia

deindẽ alia membra. Nota: ꝙ exitus ipſius fœtus multis de cauſis impediri poteſt: aliquando propter nimiam frigiditatem: uel caliditatem aut q̄a obſtetrix eſt indocta: aut matrix ante conceptum fuit uulnerata: aut ex eo ꝙ fœtus exit ante temp⁹ naturale: aut q̄a habet meatus ſtrictos: eo ꝙ mater ante cõceptionẽ fuerat uirgo: q̄a tunc non eſt conſueta. & ideo habet maiorẽ dolorẽ q̄ aliæ mulieres: aut ex eo: ꝙ eſt nimis pĩguis: omnes enim tales pariunt cum difficultate: quia habent orificium matricis opilatum multa pinguedine. aut ẽt quia fœtus eſt nimis groſſus: & magnus: uel habeat magnum caput: uel habeat duo capita: ſicut accidit: aut ſi ſint gemelli. Itẽ nota: ꝙ in tali caſu: ut dicit littera multũ confert applicare ſpecies aromaticas naribus taliũ mulierũ: quia quando fœtus ẽ ĩ matrice: tũc ſpecies tales attrahũt matricẽ ſurſum: & ſic puer facilius exit. Et bene ipſe mulieres ſciunt quando parere debent: quia prius ꝑ aliquod tempus fluit quædã humiditas de ipſis. nam quædã pellicula frangitur. De alio aũt occidẽte. ſcilicet de ruptura mẽbri bene ſciunt mulieres: & etiã medici quomodo curẽtur. Itẽ aliquis poſſet quærere quo tempore anni exitus fœtus eſt facilior Reſpondetur: ꝙ in uere ꝓpter fortiorem uirtutem: quia tunc uiget calidum & humidum. Sed cõtra hoc arguitur: in eſtate eſt facilior exitus: ergo nõ ĩ uere. nam ĩ eſtate corpora ſunt magis rara. Reſpondetur negando aſſumptum: & ad ꝓbationem dicitur: ꝙ raritas corporum non ſufficit: quia in eſtate deficit uirtus propter exalationem caloris naturalis. Nota ſcdm Conſtan. ꝙ in matrice eſt quædam pellicula. in qua uoluitur foetus & uocatur ſecũdina. q. mater. & iſta pellicula cũ quibuſdã aliis generatur ex foeminibus generantiũ: & iſta ſecundina tã in partu naturali. q̄ non naturali exit de muliere. ſed aliquando retinetur poſt partũ circa mẽbrũ mulierũ: uel in matrice: & tũc ĩducit multa nocumẽta: q̄a humores & fumi cũ ea intrant qui inducũt dolorem aliquãdo ad cor: aliquãdo ad caput interdum in toto corpore &c.

¶ Circa ea: q̄ dicta ſunt: emergit quædam dubitatio omnibus mirabilis unde ueniat puero in utero iacente nutrimentum. cum matrix undiq; claudatur. Iuxta quod eſt notandum: ꝙ quando fœtus clauſus eſt in matrice uirtute naturali complexione occulta. Primo inter omnia naſcitur quædam uena: uel quidam neruus qui quidem neruus: ut uena perforat matricem: & a matrice procedit uno tramite ad mammillas: mõ qñ fœtus eſt ĩ utero: &

tūc indurātur mammillæ mulierum: tunc ſubſtantia menſtrui fluit ad mammillas propter clauſuram matricis: & ibi ſubſtantia menſtruoſa forti decoctiōe decoquitur uſq; ad colorem albedinis & tunc appellatur lac mulierum: & illud ſic decoctū mittitur per talē uenā tali modo ortā ad matrices & ex inde fœtus nutritur tanquā de proprio: & naturali nutrimēto: & hæc eſt uena: q̄ in exitu fœtus abſcinditur: & eſt in umbilico: & ideo uidet in puero: ꝙ umbilic⁹ ſit ligatus cū filo ne aliqd de corpore eius exeat per hanc autē uenā: quæ abſciſa ab intrinſeco uocatur umbilicus & pendet in utero materno cum pendiculo: ꝙ ex parte matris eſt annexum: & de mammillis: & ſic de aliis.

¶Hic mouet quoddā dubiū: unde dicit circa ea: quæ ſunt dicta oritur una dubitatio oīb⁹ mirabilis: & ē iſta: ꝙ fœtus exiſtens in utero materno claudit undiq; in matrice: qa poſt conceptionē matrix ipſa undiq; claudit unde ergo. euenit nutrimētū: quo tūc fœt⁹ nutriat. Et ſoluit. d. ꝙ naſcitur qdā uena q̄ perforat matricem: & generatur ibi ſicut uno tramite ad māmillas: & ideo quando fœtus eſt in uteo materno tunc indurantur mamillæ. & tunc ſubſtantia menſtrui fluit ad mamillas ꝑpter clauſionē matricis. & ibi talis ſubſtantia menſtruoſa fortiter decoquitur uſq; ad colorem albedinis: & ita decocta mittitur per talē uenam in matricem & exinde fœtus nutritur tanq̄ ꝓprio & naturali nutrimento. Et hæc eſt illa uena q̄ poſt partum a fœtu abſcinditur ab obſtetricibus: ut uidet in paruulis nouiter natis: ꝙ umbilicus eorum eſt ligatus filo: ne aliquid de corpore ipſius exeat. Nota primo: ꝙ tam in partu naturali q̄ non naturali fœtus inuolutus eſt quadam pellicula in qua reſpiciuntur ſuperfluitates ſcdæ digeſtiōis: ſicut eſt urina: & ēt ibi ē altera pellicula: ī q̄ ſupfluitateſ tertiæ digeſtionis recipiuntur: nec opus eſt ibi eſſe tertiam pelliculam: quæ primæ digeſtionis ſuperfluitates recipiat: ut ſunt ſtercora ex quo prima digeſtio ſecundam & tertiaʒ præcedit: & ratio huius eſt: quia fœtus non recipit nutrimentū per os & ſtomachum: in quo ſit prima digeſtio: ſed umbilicus recipit nutrimentū ut patet in littera. Vnde ſciēdum: ꝙ ab epate delegatur ſanguis purus ſub forma lactis uſq; ad epar fœtus mediante eius umbilico. & qa ſanguis pur⁹ nō hēt ſupfluitates groſſas ſtercorales. Igitur a fœtu in matrice īcluſo nō recipiūt fœces: &

per cõſequens non oportet:ꝙ ibi ſit tertia pellicula.unde ſciẽdũ:ꝙ puellis dũ ſunt nubiles creſcũt tũc mammillæ.Sed diceret aliquis quare mulieres habẽt mammillas a parte anteriori:& animalia a'ia a parte poſteriori.Reſpondetur:ꝙ cauſa huius ẽ quia mulieres in partibus ſuperioribus. ſcilicet circa pectoralia ſunt calidiores propter cor & epar. ideo mãmillæ earum ponũtur ibi ꝓpter conuerſionẽ materiæ mẽſtrualis in naturam lactis:nam ad hoc requiritur excellens calor: ſed ipſa animalia bruta lactantia habent poſteriores partes magis calidas ideo patet reſponſio. Sed iterũ diceret aliquis ex quo quædã mulieres ſunt albæ & aliæ nigræ.utrũ ĩpis ĩfantibꝰ plus ualeat lac mulieris albæ: quã nigræ. Ad hoc reſpõdet Ariſtotiles tertio de aĩalibꝰ:ꝙ lac mulieris nigræ melius eſt.Et ratio: qa mulieres nigræ habent multũ de caliditate: ideo ꝓpter fortem caliditatem ſubſtantia menſtrualis in materiam lactis bene decoquitur. Sed in albis mulieribus:quia non habent tantam caliditatem.non ita bene decoquitur. Et ideo ſecundum medicos lac caprarum nigrarum melius eſt ꝙ̃ albarũ. Item diceret aliquis: quando puer naſcitur ubi tunc manet illa uena: per quã fœtus erat ligatus per umbilicum.Reſpondetur:ꝙ natura cõſumit eam:& calor mulieris.& quãdo iterum impregnatur: tunc talis uena de nouo generatur. Item iſta uena non tantũ eſt in hominibus. ſed etiam in omnibus animalibus brutis: quæ lacte nutriuntur: licet ĩ illis nõ bene appareat ſicut in puero nouiter nato:ubi ligatur cum filo circa umbilicum.

Capitulum quartum.

Sicut dicit phyloſophus tertio phyſicorum:ꝙ ita per peccata eſt contingere in natura ſunt in arte: huius declaratio ad præſens negotiũ manifeſtãdũ multum ualet. Vnde ſciendum: ꝙ monſtra: ſiue peccata in natura uocantur illa:in quibus eſt mutata ꝓpria ſpecies: quia in aliqua parte corporum eorum ſecundum cõmunem tranſmutationem illius excedit aliquid: uel diminuitur aliquid:ſicut contingit in aliquibus habentibus tantũ unum pedem: & unam manum: uel tres pedes & duo capita: & ſic de aliis. Iſtud quid eſt miraculũ accidit multis modis aut ex diminutione materiæ: uel ex ſuperabundantia ex diminutione cõtingit pluribus modis. Vno modo diminutio ac-

tribuitur materiæ totaliter in ſe:& tunc principalia membra prio debent formari: natura & ſagax & ingenioſa facit: utq̧ completius poteſt: & ea: quæ ſunt principalia: format: & illis diſpoſitis & formatis ad formationem cæterorum membrorum ſtudet & ibi ex materia:quā habet facit id: quod poteſt:& format partem diminutam: quando diminuta eſt materia:& ex illo malo aliquādo caput maius:uel minus poteſt eſſe: quam natura requirat illius indiuidui particularis: & nō loquor de indiuiduo tali ſic generati quia ſi diminutio in materia præiacenti formæ non affuiſſet: caput non fuiſſet formatum ſub diminutione materiæ proportionabili naturæ in ſe:& ī omnibus aliis membris. Alio enim modo diminutio materiæ attribuitur alicui parti generande ſpecialiter, Iuxta qđ intelligēdū:q̄ ſm intentioneꝫ phi. qui multis in locis philoſophiæ uult q̄ ex primis corpibus cōſurgat qđ mixtum eſt. Et illud:quod eſt naturæ ignis:in materia ignis cædit:& in ſuum ſimile: & qđ terræ cædit in ſuū ſimile: & ſic de aliis elemētis:& ex iſto nullus credat uel opinet elementa manere formaliter ī mixto: qa hoc ē cōtra itentionē philoſophi in ſcđo de generatōe & corruptiōe ubi uult q̄ uirtus coꝝ ſolū ſit im mixto:mō ex iſtis aliquādo ē poſſibile ſemē habere propriā diminutionē ex pte alicuius ſpecialis elemēti:& tunc ſi ex pte terræ fuerit diminutio alicuius partis corporis indiuidui cōtingit diminutio in uno pede:aliquando in brachiis:& ſic de aliis: aliquādo uero ī digito:& ſic de ſimilibus. Si uero ex ſuperabundantia materiæ tunc monſtra fiunt: ut in illis qui habent ſex digitos in manu una:uel pede uno: uel duo capita uel aliquod tale.

Capitulum quartum in quo declarat de fœtu monſtruoſo de peccatis naturæ:& primo circa hæc ponit ſuam intentionem.ſecundo proſequitur in generali:ſecunda ibi.ſciendū: unde dicit ſicut teſtat̄ pħs in

ſcđo phyſi.peccatũ accidit ĩ natura ſicut in arte.Et huius declaratio ad manifeſtationem præſentis negotii prout nunc cõpetit multũ ualet: & dicit : ꝙ monſtra in natura uocanť indiuidua alicuius ſpeciei:& in aliq̃ pte cõueniunt:ſicut cõtingit uideri in hoĩbus non hñtibus niſi unũ pedẽ:uel unam manũ . Et poſtea põit cãs:ꝙ ipſi phi.dicunt iſtud miraculũ naturæ pluribus modis euenire: aliqñ.n.ex diminutione materiæ: aliqñ ex ſupabũdantia ipſius. Ex diminutiõe cõtingit pluribus modis: qa aut ipſa diminutio totaliter ineſt ipſi materiæ:& tũc natura ſagax facit q̃completius poteſt nã cũ prĩcipalia mẽbra fuerint formata:& illis formatis & diſpoſitis ſtudet ad formanda cætera mẽbra & tũc format diminutã partẽ:qa eſt diminutio in materia:& hoc pacto cõuenit:ꝙ caput ſit minus q̃ natura reqrat illius indiuidui particularis:poſtea exponit ſe:ꝙ nõ loquiť de indiuiduo tali ſic generãtis: quia ſi diminutio in materia præiacẽti formæ nõ affuiſſet:caput formatũ ſub diminutione nõ fuiſſet. Alio mõ diminutio materiæ attribuiť alicui parti generandæ ſpecialiter.unde ſcđm intentum philoſophi ĩ multis locis: ex q̃ttuor primis corporibus.i.q̃ttuor elemẽtis conſurgit omne qđ mixtũ ẽ: qa illud: qđ eſt de natura ignis cædit ĩ ſuũ ſimile:& id quod de natura terræ in ſuũ ſimile &c.Poſtea dicit : ꝙ ex iſto nemo credat:uel opineť:elemẽta eſſe formaliter ĩmixto:hoc.n. eſt contra phũ primo de gene. ubi uult:ꝙ elemẽta ſũt uirtualiter& nõ formaliter ĩmixto:& modo ex iſtis poſſibile eſt aliqñ ipſũ ſemen habere ꝓportionẽ diminutã ex parte alicuius ſpecialis elemẽti. & ſi diminutio eſt ex parte terræ : tunc diminutio eſt in oſſibus & ſic de aliis. & iõ cõtigit aliquãdo diminutio in uno pede:uel brachiis Nota:ꝙ ex hac littera ſumiť diffinitio mõſtri.ſ.ꝙ mõſtruꝫ eſt peccatum in natura : id eſt mõſtra ſunt generata a natura cuꝫ aliquo defectu:uel ſupfluitate naturali : q̃ natura ſpecifica ꝓducere nõ intẽdit:quẽadmodum contingit in artificibus:ꝙ aliquãdo ab artifice ꝓducatur.forma: p̃ter uoluntatem ei⁹ intẽta. Vnde ſciẽdũ:ꝙ quãdocũ ꝙ materia deficit in generatiõe tũc quando incipit formare fœtũ.Prĩo formantur principaliora membra: quia minus principalia ſunt minus neceſſaria:nã per phyloſophũ tertio de aĩalibus : natura ſemp facit id ꝙ melius & perfectius eſt ex reb⁹ poſſibilibus:unde ſciẽdũ: ꝙ oẽ mõſtrũ generať ex parte materiæ:uel ex ei⁹ ſuperfluitate.Si ex defectu hoc dupliciter:uel ſecũdũ q̃titatẽ cõtinuã: & ſic tale monſtrũ habet mẽbra nimis parua:quia manus:pedes &cæ. minora habet q̃ natura illius indiuidui ſpecialiter requirat:uel ille defectus ſit ſecundum quantitatem diſcretam: & tũc tale monſtrũ hẽt defectuꝫ in aliquibus mẽbris.ſ.ꝙ ſibi

deficiat aliquod membrum puta brachium.pedes &c.Si uero generetur monſtrum ex ſuperabundantia materiæ hoc etiam fit dupliciter:ſicut primo uel ſecundum continuã quãtitatem uel diſcretam:ſi primo modo:tũc membra ſunt nimis magna.quia ſunt maiora quæ natura illius indiuidui particulariter requirat.Si autem ſecundum quantitatẽ diſcretã:tũc hñt plura mẽbra q̃ natura reqrat:qa aliqñ gñaẽ hõ cũ ſex digitis ĩ manu:uel duob⁹ capitib⁹.

¶ Eſt igitur ĩtelligẽdũ adhuc ꝙ non ſolũ mõſtra accidunt ex parte diminutiõis:ſed qñq; ex malitia matricis:q̃ ſcilicet lubrica & malitioſa fuit:& totum ſemen non recipit:ſed etiam perdit. Aliquando aũt anteq̃ totũ ſemen in maſſam ſuam colligatur:preoccupatur uia:& clauditur matrix:& ſemper ſic modicũ ſeminis recipit:a quo debet foet⁹ formari. & hñt iſta ſpeciales mores ſub ſe q plures ſunt Quorũ qdã ex parte coit⁹ huiuſmodi accipiunt:ſed de his narrare ſatis multũ eſt:& ideo ommittam⁹ hic:& ad hũc modum:& ad aliũ ſubſequentem multũ cooperatur inordĩatus coitus:quia aliquãdo propter nimiam uelocitatem coeũdi uel uehæmentiã motuum materialẽ facit diminutionem in ſemine:& aliquando:ut quidã dicũt:inordinatus coitus ex eo fit:ꝙ tunc temporis quando femella eſt cum uiro in coitu:ipſe maſculus inordinate iacet:& etiam femella:& faciunt tunc monſtra inuicem. Vnde narratur de quodam:qui in latere tẽpore coit⁹ iacuit ſuper femellã & generauit unum puerum ĩ uno latere curuum & in pede claudum:& cauſa huius ex inordinatiõe proceſſit coitus ab illo uiro.

¶ Hic oſtẽdit cauſas generationis ex parte matricis cõtinẽtis ipſuʒ foetũ.Et primo oſtẽdit qualiter monſtrũ generetur ex parte matris:ſecũdo magis oñdit effectũ mõſtri ꝓuenire ex ſuperabundantia materiæ ibi.Alio uero modo. dicit ergo ſic ꝙ adhuc debemus ſcire:ꝙ monſtra non ſolum eueniunt ex diminutione materiæ:ſed aliquando etiam ex malitia matricis:quando illa fuerit lubrica & malicioſa:& non tenet totum ſemẽ:ſed ptẽ illius pdit:& hoc multipliciter fit:nã aliqñ fit ex pte coitus de quo nunc enarrare ualde lõgũ eẽt:& iõ ad pñs omitto:& ad

hunc modum:& ad ſequētem mul
tum operatur inordinatus coitus:
quia aliquando propter nimiam ue
locitatem facit diminutionem in ſe
mine:& aliquando etiā inordinat⁹
coitus fit ex eo:ꝙ ipſe mas quando
eſt in coitu cum fœmina:tunc inor
dinate iaceat uel ipſa fœmina tunc
fit monſtrum in natura. Vnde nar
ratur de quodam iuuene:ꝙ tempo
re coitus lateraliter iacuit ſuper fœ
minam:& generauit puerū in utro.
ꝗ latere curuum:& pede claudum.
Et cā huius fuit iordinatus coitus.
Nota primo ꝙ ex parte continētis
ſæpe cauſatur mōſtrū:quia aliquan
do matrix eſt male diſpoſita: ut qa
nimis hūida:& uiſcoſa:ita ꝙ ex una
parte remanet aliqd de ſemine: & i
alia parte manet & retinetur : & ſic
fit monſtrum. Item nota:ꝙ ex par
te efficientis quādoqȝ generat̃ mon
ſtrū : ex eo ꝙ pr̃ inordinate exercet
talē actū:quia forte nimis agitatur
& mouet ſe hinc inde in actu coeū
di.Et ratio huius eſt : quia propter
hoc ſemen diuiditur : & ſpergitur
hinc inde.Ex hoc enim fit maxima
diſſolutio ſeminis in matrice: ita ꝙ
una pars effluit:& alia nō & ſic cau
ſatur monſtrū.Itē nota:ꝙ etiā gene
rat̃ mōſtrū:ex eo ꝙ aliquādo mas
inordinate iacet cum fœmina: ut a
latere:qa tunc ſemē recipitur ad lo
cū quādoqȝ indebitū generationis
& ibidē cōprimit̃ pp inordinatum
modū iacēdi. Gratia cuius eſt ſcien
dū:ex quo tot uitia cōtingūt ex in
ordinato coitu:ꝙ coitus nō debet
fieri niſi gratia prolis : ideo dicunt
medici ꝙ bonum eſt ſcire modum
coeundi debite:qui modus ordina
tus eſt iſte.Suppoſito primo ꝙ mas
& fœmina ad inuicem proportio
nentur in cōplexionibus:ita ꝙ ſint
temperati in qualitatibus:& ordina
ti in cibis:& potibus.& aliis ſex re
bus non naturalibus:ut eſt motus:
quies:ſomnus:uigilia: & ſic de aliis
tūc cibo digeſto:& ſuperfluitatibus
expulſis poſt mediam noctem uel
ante diem maſculus debet excitare
fœminam ad coitum.ſ.ei iocoſe lo
quendo:oſculando:amplexando ip
ſam:& partes inferiores digitis con
fricando:& iſta oīa ideo fieri debēt
ut fœmina prouocetur ad appetitū
